Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Henry Klose

De Baconis, Baronis de Verulamio Philosophia : Dissertatio

[Handschrift], 1870

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828815828

Archivale Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828815828/phys_0001

De
Baconis, Baronis de Verulamio
Philosophia.

Dissertatio. Auct. H. Klose.

I herby declare on my word as a Gentleman
that I am the Author of this Dissertation

Heidelberg 29th Decembr 1870

Henry Klose
Principal of English-German College
Member of the Royal College
of Preceptor's London.

A. Introitus.

§ 1. De vita Baronis.

Pater Baronis fuit Nicolaus Baro Elisabethae reginae consiliarius, eques auratus, Magni sigilli Angliae custos, mater Anna Cora, quae matrona fuit doctissima linguae latinae ac graecae aeque perita. Tam eximiis natus est parentibus Franciscus Baro anno MDLX. Ingenium atque indoles jam in puero ita eminuerunt, ut regina eum dominum custodem sigilli minorem appellare soleret. Annos undecim natus jam Aristotelis philosophia insipida ei visa est, cum ad disputationes et contentiones solum nata, ad productionem autem operum, quae humanis commodis servirent, sterilis omnino fuerit. Studiis in universitate Cantabrigiensi perfectis cum Anglorum legato Parisios sese contulit, ut in negotiis publicis erudiretur. Ibi de statu Europae pauca scripsit, etiam in chiffris inveniendis operam navavit (de dignitate et augmentis scientiarum VI, 1). Sed cum Parisiis versaretur, pater ejus mortuus est, quare in patriam reversus juris Angliae municipalis studio se dedit et compluria de jure Anglorum conscripsit. Annos viginti octo natus consiliarius factus est reginae. Deinde comitis Essex amicitiam iniit, cum illius potentissimi et reginae acceptissimi viri gratia ampliores magistratus se asseruturum ipse sperasset.

Sed cum Essex ab inimicis esset conditione sua dejectus, Baro, ne eadem pernicie afficeretur in suum amicum ipse est invectus, tanta animi fallacia ut in eum litem ipse gereret. confer Charles de Rémusat: Baron sa vie son temps" Paris 1857. „ François Baron fut chargé de soutenir contre lui une accusation capitale. L'illustre advocat ne fit de faut à aucune des règles de son emploi; il ne refusa à la cause aucune des déclarations necessaires. L'accusé fut pathétiquement comparé à Cain, à Pisistrate, au duc de Guise et l'on dit, que cette dernière comparaison emporta la condamnation.

Quamquam publice se defendere conatus est (ibidem pag 59, 60. „ La reine fit choix de Baron pour l'écrire et Baron l'écrivit. Dans une déclaration des pratiques et trahisons tentées et accomplis par Robert comte d'Essex, il flétrit sa mémoire après avoir sollicité judiciairement sa mort. Et cur illud ferisset explicare, tamen nihil asserutus est, cum hanc ignominiam a se devolvere non potuisset. Elisabetha Angliae regina mortua, Jacobi I regis gratia amplissimis elatus est honoribus. Factus est eques auratus, Baro Verulamius, Vicecomes sancti Albani, custos Magni Sigilli Angliae, Cancellarius. Sed postquam per quatuor annos illis officiis functus est, a senatu, quem convocare coactus erat rex, corruptionis accusatus in custodiam traditus est et damnatus. Sunt multi, qui Baronem suma injuria affectum esse putent, cum adversariorum tantum invidia in tam magnum incidisset malum. Sed Baro ipse in viginti octo

casibus corruptione usum esse confessus est. Quare illud recte ei objici potest, quod infirmi atque injusti regis consilia nimia facilitate et probaverit et confererit.

cf. ibidem pag 95. enaratur causa Walteri Raleigh: „C'est un des artes les plus odieux d'un odieux règne."

Sed Baro, quo erat erecto animo suma versutia atque astutia in regis gratiam paullo post se restituit, ita ut ab omni poena liberaretur. Ac ne hoc quidem regis gratiae auxilio contentus, eam, quam antea habebat potestatem, recuperare studuit, continuisque precibus regem fatigavit, ut sibi aes alienum nimis splendido virtu contractum solveret. Quinque vitae postremis anis literis se totum dedit, dum ano MDCXXVI mortuus est.

§ 2. De moribus et ingenio Baronis.

Mores Baronis quod attinet, nimia cum ambitione affectum fuisse quis est, qui neget? Saepissime in scriptis suis praecepta dat, quae secutus ad gloriae fastigium ascendere possis. Id officii genus, inquit, neari debere, in quo nemo jam multum profecerit, virtutes esse ostendandas, vitia occultanda, aut opinioni obtrudenda, praesertim ea, quae non habeas, quo virtutes magis elucent. Quae praecepta ambitiosum animum sine dubio ostendunt (de Augm. VIII, 2.). Quare prudentiam semper comendat ineptumque esse putat si quis nimis durum se gerat erga occasiones, ita ut recte dici possit, eum moribus fuisse nimis infirmis.

cfr Kuno Fischer: die Religionsphilosophie pag 12.
„Es ist ein Zug, der den Charakter bakos auf allen seinen Wegen begleitet, der zu seiner Eigenthümlichkeit gehört u. in seinem innersten Wesen begründet liegt, die außerordentliche Leichtigkeit sich in allen Fällen zu helfen, eine natürliche Elasticität, die sich freilich bei Widerstand als Schwäche äußert. pag. 14. Es gibt keine elastische Moral & bakos moralisches Wesen war so elastisch als sein Geist.

Quod ex hoc dicto apparet (de Augm. I ed. Schonwetter p. 14): „Atque propterea non sunt damnandi viri docti, ubi, cum res postulat, aliquid de sua gravitate remittant; quod quamvis humile videatur atque servile primo intuitu, tamen verius rem aestimanti censebuntur non personae sed tempori ipsi servire." Si quis horum verborum indignitatem ea sententia excusare velit, quam de fine ambitionis Baro proponit (Sermones fideles c. XI): potentiam benemerendi esse appetendam; bene rogitantem nihil profirere, sine munere ac potentia, benefaciendi studium in artum produci non posse, quare opus esse, ut munus quam possis amplissimum assequaris: tamen primum rogitet, finem non sancire remedia, ita ut liceat infirmis moribus benemerendi causa occasionibus cedere, ut Baro ipse Jesuitarum illud principium rejicit (de Augm. VII, 2), deinde homines non semper ea de causa agere, qua, ut aliquid faciant, commotos se esse dicunt. Potius illam excusationem ambitionis arripi posse, putem, quod Baro, quamvis ipse saepissime se

litteris vitam dedisse diceret, tamen tanto publice agendi studio erat invensus, ut virtutem publicam scientiarum gloriam aequare debere, putaret, ne hac quidem opinione omni culpa liberetur. Sed illud concedendum est, Baronem semper huic rei studuisse, ut artem theoreticam cum utilitate arctissimo conjungeret vinculo. Physicae quidem addit Mechanicam, Metaphysicae Magiam; ipse de legibus ut paucis conscripsit (de Augm. VIII, 3), ita Angliae leges emendare conatus est. Eodem modo ad literas augendas non solum de scientiis ipsis permulta edidit conscripta, sed etiam externis auxiliis ac remediis sapientiae studium sustentandum esse demonstravit. Vere regia esse officia, ut inquit, ut scholae, academiae, collegia conderentur, ut privilegia, et dotationes legesque particulares ad augenda literarum studia ederentur, ut praemiis ad certamen animi elicerentur, ne collegia reipublicae tantum servirent, sed literis. Quin etiam illud commendavit, ut academiae universae per totam Europam sparsae arctiorem conjunctionem et necessitudinem contraherent (de Augm. II, Schonw. p. 40). Unde satis apparet, Baronem semper scientiarum studium conjungere voluisse cum negotiorum et utilitatis respectu. Illud quoque recte dicitur, fuisse eum summa assiduitate et diligentia. Ac de moribus Baronis hoc loco hactenus. Postea paucis addi oportet.

53. De scriptis Baronis.

Scripta Baronis quod attinet prae ceteris haec commemoremus: De historia Henrici VII, de historia Ventorum, vitae et mortis, densi et rari, gravis et levis, Dialogum de bello sacro, de fabula novae Atlantidis, de historia Henrici VIII, de sapientia veterum, de Magnete, de Sylva Sylvarum, quae omnia per quinque annorum spatium vitae extremum conscripsit. Ex scriptis ejus facetia, ingenique vivacitas et perspicuitas eluerent. — Symbolis valde aptis utitur quamvis haud raro eadem repetat. Omnino summo phantasiae vigore excelluit, quod ex „Sapientia veterum" conjici potest et ex interpretatione fabularum Persei, Panis, Dionysi (De Augm. II, 13.) quam sumi tantum ingenii virum ~~invenisse~~ invenire potuisse, quis est qui neget? Perspicuitatem et vigorem verborum prae ceteris adsequebatur minus elegantiam et concinnitatem sermonis. Verba, ait, servire rebus, non verbis res; „Quid enim aliud sunt verba, quam imagines rerum, ut nisi rationum vigore animata sint adamare illa idem sit ac statuam deperire?" (De Augm. I pag 15). Neque minus scholasticorum minutias rejecit: „inutilem eorum subtilitatem et curiositatem." Scientiarum robur non in singulis barillis inter fasces illius aevi sed in omnibus vinculo conjunctis consistere. Ipse si quid demonstrare studet, magis ab experientia petit argumenta, quod probandi genus quem diligenter in omnibus adhibuerit rebus prae ceteris e primo operis de

Augmentis scientiarum" libro clare intelligi potest, quod e gravissimis Baronis scriptis est. Quae de re opus esse videtur, ut de hoc opere et de Novo Organo paullo accuratius disseramus.

Primus fons, ubi et Methodi descriptio, quam Baco postea in Novo Organo perfecit, et partitio scientiarum, quae perfecta est in ultimis octo libris „de Augmentis" scriptis quasi unitae sunt in uno scripto, est fragmentum Baronis Valerius Terminus. – Hoc opus, ut ex titulo apparet, (edit. Spedding, Ellis, Heath, London 1857 Vol III Facsimile), conscriptum est anno 1603, cujus una pars est destruens, cum impedimenta scientiarum progressus explicet c. 4–8 et ch. 16, in quo capite de idolis Baco dicit, quorum quatuor enumerat, ut in scripto de Augm. et Novo Organo, quam rem hic commemoramus, quia in tempore, quod inter annos 1603 et 1620. 1623 ubi Nov. Organum et de Augm. edita sunt, medium est, Baco de idolis alia dixit. Haec pars destruens multo accuratius inventa est quam in primo libro de Augm. scripti et Novi Organi. Sed quae nobis prae ceteris videntur esse observanda, sunt capita 10 et 11. Caput 10 est fragmentum, quod si perfectum fuisset, continuisset partitionem scientiarum, quam postea Baco de Augm. perfecit. Id, quod eadem sententia intelligi potest (Ed. Sped. III, 234): „The plainest method and most directly pertinent to this invention, will be to make distribution of sciences, arts, inventions, works and their portions." Cum Spedingo autem consentire non possumus, qui putat

(III, 211 / solum „Inventarium operum" hic Baronem promisisse, quod idem de Augm. III, 5 commendat. Opinatur Speddingus, totalem: „the inventory or an enumeration and view of inventions already discovered and in use together a note of the wants and the nature of the supplies" ostendere, Baronem scientiarum partitionem in animo non habuisse sed inventarium operum. Sed haec verba a Barone ipso nondum scripta (confer Corollarium p. 234 et indicem Voluminis III praefixum). Praeterea Speddingii opinionem falsam esse inde colligi potest, quod Baco ipse dicit pag 233: „I case I should be prevented by death to propound and reveal this new light as I purpose" et p. 234 se ipsum cum Caesare comparat, ita ut non sit verisimile, Baronem tanta de se ipso dixisse, nisi aliud quidquam atque hoc inventarium (de Augm III, 5) in promptu habuisset. Qua de causa putamus, Baronem hic partitionem scientiarum fecere voluisse, quod etiam initium capitis XI ostendit, ubi scriptum est p. 235: „only we have stood upon the best advantages of the notions received, as upon ~~the~~ a mount to shew the knowledges adjacent and confining". Etiamsi Baco haec partitionem scientiarum nondum scripsisset, cum caput XI scripsit, tamen in animo eam promptam et paratam habuisse eum infitiari nemo potest. Quae reliqua autem hoc observandum videtur, quod Baco dicit: se inquirere „what is extant and already found and what is defective and further to be provided."—

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828815828/phys_0012

Neque enim quae desint et qualibus opus sit emendationibus, possit explicare neque nova jam inventis addere, nisi principium novum dividendi scientias et inveniendi se in promptu habere putaverit, quod in capite XX. accuratius describit. Ibi enim methodum inveniendi explicat, ex qua explicatione hoc commemorandum, quod dicit: „If therefore your direction be certain, it must refer you and point you to somewhat which, if it be present, the effect you seek will of necessity follow, else may you perform and not obtain. If it be free then must it refer you to somewhat which if it be absent the effect you seek will of necessity withdraw, else may you have power and not attempt“ (III, 235). Quae sententiae plane consentiunt cum iis, quas Nov. Org. II, 4 thonn. p. 327 de formis rerum explicat, quas clavem totius Methodi esse putavit. Baconem autem de formis hic dicere, magis apparet si addimus, quod dicit p. 239: „Neither do I contend but that this motion, which I call the freeing of a direction, in the received philosophies might be perceived and discerned, being not much other matter than that which they did not only aim at in the two rules of axioms before remembered but more nearly also in that which they term the form or formal cause or that which they call the true difference.“

Accedit quod Baco has formas invenire, in hoc scripto dicat, per exclusionem, id quod in Nov. Org. accuratius explicavit. Quare ut de hoc scripto concludamus, invenimus, in eo Baconem et partitionem scientiarum et Methodum describere, ex eadem stirpe eodemque principio et Methodum et partitionem scientiarum ortas esse. Quomodo enim novas posset invenire scientias, id quod in partitione fit, nisi novam haberet Methodum?

Secundum scriptum, quod hic est commemorandum, est „Advancement of Learning", in cujus libro secundo partitio scientiarum est perfecta 1605, quem in Valerii Terminii capite X Baco enunciaverat. de quo opere pauca dicamus: ac primo quidem explicandum videtur, quae ratio illi intercedat cum „Globo intellectuali", quod opus ibi conscripsit, deinde, quid Baco in Advancement mutaverit, cum id in linguam latinam converteret, cui conversioni nomen: „de augmentis scientiarum" indidit.

Ac primam quaestionem quod attinet, hoc est dicendum: Etiam in „Globo intellectuali" Baco partitionem scientiarum efficere studuit, quae cum Adv. plane consentit, quatenus explicatur. Sed singulas explorationes valde dilatavit: caput addidit, in quo finis naturalis historiae ad condendam philosophiam exponitur, deinde historiae naturalis pars de „Generationibus" ita dilatata est ut ultra historiam naturalem Baco hoc opus non deduxerit. describit corpora

caelestia cap. V—VII, cui explicationi ~~sit~~ scriptum „Thema Caeli" succedit. Nobis quidem videtur verisimile, ea de causa „Globum" non continuatum esse, quia nimis particularia Baro describere inceperat. Quare hoc opus continuatum esse videtur in conversione libri II scripti Adv., ad quam nunc pergamus.

Tantae inveniuntur inter scriptum „Adv." et „de Augm." differentiae, ut opus sit, ut de his paullo accuratius disseramus. Invenimus praeceteris has: In operis de „Augm." libro II capita 3.4.5. sunt addita. In tertio capite historia naturalis dividitur in inductivam et narrativam, e quibus inductiva „inductionis vera sylva sit atque ~~atque~~ supellex et primam philosophiae mammam praebeat." In capite quarto addita est explicatio de historia literarum quam ipsam Baro jam in Adv. commemorat, quintum de historiae civilis gravitate et difficultate agit. Praeterea historiae Mechanicae II, 2 additur, „talis historiae corpus non solum ex artibus ipsis mechanicis verum et ex operativa parte scientiarum ac simul ex Practicis compluribus confici debere". Praeterea historiae civili Baro plura addidit de objectiva et ab ira studioque libera historiae scribendae ratione, deinde c. 8., quod universalem tractat historiam, addidit. In opere ergo „de Augm." provincia historiae accuratius et plenius circumscribitur ejusque finis, ut philosophia per eam condatur, quamquam ne in Adv. quidem omittitur, tamen hic clarius

proponitur. Doctrinam de Poëzi Baro in opere „de Augm." amplificavit. Physicae sparsae divisionem in concretam et abstractam, et abstractae in doctrinam de Motibus et de Schematismis addidit physicae descriptioni, qualis in Adv. invenitur. Sed quae in Valerio Termino nondum accuratius exposita erat, doctrinam de formis sive Metaphysicam hic, ut in opere „de Augm.", a Physica arcius disjunctam esse videmus. (Spedd. III, 354). De lege autem summa naturae eadem jam dicuntur atque in scripto „de Augm". Contra si primam philosophiam, qualis in Adv. describitur, cum illa operis de „Augm" comparamus, invenimus progressum. Duas partes in Adv. illi nondum ascribit, sed unam, ita ut ea pars, quae notiones maxime universales amplectatur, in opere „de Augm" demum reperiatur. Notiones maxime universales inductione esse inquirendas jam in Adv. (Spedd. III, 347) Baro dixit. Sed tantam gravitatem nondum iis attribuit, ut dignas eas haberet, quibus peculiaris Primae Philosophiae ascribatur. Alia interedit differentia inter Operativa. In Adv. enim in tres partes eam dividit secundum tres partes scientiae naturalis, Historiam, Physicam, Metaphysicam. In opere de Augm. duas partes retinuit, quae Physicae et Metaphysicae respondeant. Causam hujus rei si quaerimus, haec invenisse nos putamus, quod prima pars magis fortunae quam arti debetur, quia ea inventa, quae sunt, priusquam ab historia per inductionem, quae ars est inveniendi, ad Physicam ascenderis, nor dignae sunt nomine inventorum, quae operativae sunt objectum. Hanc operativae partem Baro postea Logicae soli ut „experientiam literatam"

dilatatam attribuit, ubi etiam in Adv. invenitur praeterquam quod sit prima operativae pars. Quare quamquam Baro etiam in Adv. (III, 361) dicat, fortunae primam operativae partem deberi, tamen tum fortunae nondum sic adversabatur, nondum arti sic favebat, ut eam partem, quae fortunae, non arti debetur, plane emitteret. Quae omnia si complectimur, quod Baro in opere „de Augm" historiam accuratius expliraverit quam in Adv., quod in Adv. Metaphysicam clarius descripserit quam in Valerio Termino, in opere de Augm. primam philosophiam acrius et subtilius cognoverit quam in Adv., quod cum inveniendi opera modum, qui non arte sed „sagacitate" nititur, jam non operativae in opere „de Augm" attribuat, Baronem apparet id egisse crescentibus añis, ut decresceret casus in cognoscendo, a quo cognitionem humanam initium deduxisse putat, etsi rejicit, casum esse principium cognitionis humanae. Qua cum explicatione etiam illud consentit, quod Baro in opere „de Augm" doctrinam de errore accuratius expliraverit. Nam quamquam „Elenchorum" modi (Spedd III 393–397) jam adsint in Adv., tamen nondum nominati sunt nec tanta perspicuitate expositi, quanta postea in scripto „de Augm". Praeterea Idola theatri plane sunt omissa in Adv., quae in Valerio Termino jam enumeraverat. Duobus añis post Adv. in „Delineatione" (Spedd III, 548) idola theatri restituta sunt, ubi de redargutione theoriarum et demonstrationum pravarum dicit, quae ad Idola theatri pertinent. Accuratissime autem doctrinam de errore exposuit Baro et in scripto „de Augm" et in Novo Organo I. Videmus igitur Baronem etiam in hac negativa

scientia progressus ferripe, qui positivam ejus scientiam juvant. Quo enim accuratius vitia cognoveras, eo facilius ea vitabis.

Sed quae Baro de Mathematicis dicit, cum his mutationibus non videntur consentire. Dicit enim in opere Adv. Mathematicam, quae de Quanto disperat, asscribendam esse Metaphysicae. Quantum enim esse formam maxime universalem, — Contra in opere „de augm.“ explicat, Mathematicam appendicem esse et auxiliam Physicae, Metaphysicae, Magiae. Hic quis posset objicere: elucere, Baronem Mathematicam, quam antea scientiae magis universali asscripserit, ea ex causa ex illa dejicere, quia universalia quae Mathematicae insint, minoris aestimaverit. Nam si ea, quae maxime universalia sint, nolit per se in scientia universali existere, ut doctrinam de Quanto, sed solum minus universalibus inventis servire velit, id eum agere videri, ut quo magis forma sit universalis, eo magis copiis auxiliaribus asscribatur, ita ut universalia non propter se existant, ergo scientia, quae de iis ipsis agat, non quatenus utilitati et inventioni serviant, sed quatenus propter se existant, destruatur. Baronem enim non dicere, Mathematicam, quatenus de forma Quanti agat, asscribendam esse Metaphysicae, quatenus autem forma ad inventa adhiberi possit, copiis auxiliaribus esse asscribendam — tum enim Mathematica etiam ut scientia universalis per se existeret — sed id velle, ut tota Mathematica fiat auxiliaris. Alterum videtur esse perpendendum: Baro, cum sola inductione scientiam invenire putaret, id inductionis principio periculum afferre putabat, id doctrina de forma maxime

universali jam vere existere esset putanda. Scimus, eum cum „De Augm." opus conscriberet Mathematicam accuratius novisse quam cum Adv. ediderit (Spedd III, 360 Coxol.). Quo melius autem eam cognovit, eo magis etiam illud intelligere debebat, quantopere indurtionis principio adversaretur ea sententia, Mathematicam veram de forma Quanti dortrinam esse, praesertim cum de se ipso semper diceret, ultra axiomata media se non progressurum esse. Si ipse qui hor de se dixit concessisset, Mathematicam, quae suo tempore cognoscatur et doceatur, veram esse de Quanti forma dortrinam, forma maxime universali, serum pugnasset. Qua de re nihil aliud restitit, nisi ut Mathematicam „scientiam substantivam et principalem" esse negaret, id quod fecit de Augm. III, 6. Sed tum nullum alium Mathematicae ascribere potuit locum, nisi eum scientiae auxiliaris. — Itaque, quia formam ipsam Quanti Mathematica docere non potest, Mathematicos vituperat, quod putent Physicae imperare. Nam si veram formam tractarent Mathematici, Physicae eos imperare, concedere deberet, quia, quo magis universalis forma sit, eo majorem habere eum effectum putat. Contra si auxiliaris est scientia omnes ejus sententiae magis hypotheticae esse videntur, quam absolute certae. Quare dici non potest, hunc locum, quem Mathematicae ascripsit, contrarium esse illi sententiae, Baronem in scripto „de Augm." magis studuisse, ad universalia ascendere et quae casui sint subjecta, abjicere. Neque enim illud rejicit, quod Metaphysica complectatur formas aeternas, quod dortrina de Quanti forma Metaphysicae sit ascribenda, sed illud tantum,

Mathematicorum scientiam de forma Quanti agere doctrinamque substantivam esse et principalem; non Metaphysicae partem sed Physicae, Metaphysicae, Magiae ancillam eam esse vult.

Cetera, quae ferit Baco in opere „de Augm" additamenta, sunt haec: De hominis miseriis et praerogativis doctrinam in Adv. non ut peculiarem scientiam commemoratam adjecit. In opere „de Augm" illud clarius exponit, medicinam in naturali philosophia esse fundatam, Pictoriam, Musicam, Hydrauliciam artibus voluptariis adnumerat, quae corporis voluptati serviant, ex quibus Musicae et Hydraulicae Mathematicam prodesse dicit. Praeterea divisionem animae in rationalem et irrationalem, cujus facultates enumerat, addidit. In Rhetoricis magna additamenta ferit: Scriptum enim, quod anno 1597 ediderat „for God and Evil" (Spedd VII, 65) doctrinae de elenchis adjunxit, scientiam, quam „Antitheta rerum" appellat, multis exemplis adornavit, Paedagogicam dilatavit. In Ethicis doctrinam „de Negotiis" amplificavit, praesertim cum numerum Salomonis sententiarum magnopere auxerit. Eodem modo de legibus Baco multa adjecit et in opere „de Augm" (VIII, 3) Politicam se diligentius descripturum promittit, si otium haberet, quibus verbis „Novam Atlantidem" significavit ut fragmentum relictum. Haec sunt differentiae maxime essentiales inter opus „de Augm" et Adv. De differentiis, quae de religione inveniuntur, postea dicemus. Totum librum dilatatum esse, his, quae commemoravimus, probatur, ita quidem, ut Baco, quae jam in Adv. docuit, multo diffusius et magis perspicue proponat, id quod ea re affirmatur, quod ea, quae in conversione Baco omiserit, minimi sunt aestimanda.

postquam explicavimus, quae ratio inter Adv. et opus de Augm. intercedat, opus est, ut dispiciamus, quomodo hoc scriptum se habeat ad descriptiones Methodi. Duo in Adv. sunt loca, quae de hac re nos docent: Spedd. III, 389 et III, 392.

In priori loco dicit: Inventionem scientiarum bipertitam esse, secundam partem esse interpretationem naturae, de qua addit: „But I will not dwell too long, nor speak too great upon a promise". Secundo loco dicit, in inventionis methodo, quam ipse velit, in inductione scilicet, ratiocinationem (logicae partem secundam) jam constitui, in quod in syllogismo, quem rejicit, non inveniatur. Deinde adjicit: „Therefore for the real and exact form of judgment we refer ourselves to that, which we have spoken of interpretation of Nature". Quod de interpretatione naturae dicit, hoc est in ipsum, quod illam pag. 389 promisit. Apparet igitur Baronem jam in animo habuisse erroneam Methodi explicationem, quam „Interpretationem naturae" appellat. Quaeritur autem, quod scriptum in animo habuerit inter illa, quae adhuc habemus, dixerit aliquis: haec loca ad ipsum Novum Organum esse referenda, et si „de Augm." (Schanz. p. 126. 132. 141. Spedd. I, 664. 633. 646) cum his locis libri Adv. comparamus, haec sententia juvari videtur. Hi enim Baro Interpretationem naturae Novo Organo ascribit. Sed illud cogitandum est, „opus de Augm." post Novum Organum editum esse, ita ut in scripto „de Augm." Nov. Org. commemorare potuerit. Sed utrum jam anno 1605 Nov. Org. in promptu habuerit, quaeritur, cum Nov. Org. quinque demum annis post Adv. sit editum. Quare videndum est, utrum alia scripta invenire possint, quae operis Adv. tempori sint propiora.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828815828/phys_0021

Proximus autem Adv. scripto est „Valerius Terminus."
quamquam duo annos ante Adv. conscriptus sit, tamen in
illo Methodum describi jam vidimus, et cum illo tempore
fragmentum esset, verte aliquis suspirare posset,
Baconem in animo habuisse hoc fragmentum perficere, cum
in Adv. opus „de interpretatione naturae" annuncet, quem
totum habet Valerius Terminus. Quamquam Baco in
Valerio Termino non clare dicimus Methodum a reperis,
quae in hoc libro describitur et quamquam partitionem
scientiarum ut in suo eodemque opere cum Methodo
tractat, ita est, ubi Valerium Terminum conscripsit, in
peculiari opere Methodum describendam esse nondum
putasse videatur, tamen hoc est cogitandum: postquam
Valerii Termini caput X in peculiari opere tractavit, nihil
magis aptum esse videri poterat, quam ut etiam caput XI,
quod Methodi designationem continebat, peculiari scripto
accuratius illustraret. Sed si scire volumus, quo tempore,
quod in Adv. nimis in capite XI Valerii Termini promiserat
perficere inceperit, ad scripta nos convertere debemus post
Adv. perfecta. In quibus primum est „delineatio partis
Instaurationis secundae". Hoc opusculum scriptum esse
videtur (III, 544) anno 1606 vel 1607. Scriptum est enim ante
„Cogitata et Visa" (1607), quia hoc opus explicatio et
expositio primae partis delineationis est, et post Adv.
quia Novi Organi dispositio accurate jam hic invenitur.
Non videtur verisimile, Baconem tam perspicuam
dispositionem Methodi ante Adv. conscripsisse, in quo opere
eum minorem in hac re perspicuitatem offendere jam vidimus.
Sed expansa, quae maxime hoc probat, demenda est ab iis,
quae postea de Instauratione erant dicenda. Methodi argumentum
quod in delineatione adumbratur consentit cum Nov. Org.
explicatione et illustratione.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828815828/phys_0022

Prima pars redargutionem Rationis naturae simpliciter,
ad quam „Idola tribus, specus, fori“ pertinent. Praeterea
falsas demonstrationes et philosophias rejicit, quas idolis
theatri annumerari jam commemoravimus. Secunda pars
novam Methodum praeparat, quae praejudicia et
impedimenta amoveat, ut tutior animi ingressus et ad
novam philosophiam mens attrahatur. Post hanc partem, quam
Baco etiam in Nov. Org. retinuit et accuratius descripsit,
nova methodus ipsa adducitur. Sed in Nov. Org. II, 1–9 Baco
complura addidit, quae scopum philosophiae illustrent.
In Methodi descriptione delineatio cum Nov. Org. consentit
quatenus hoc perfecit. Item inter Methodi auxilia in
delineatione Baco enumerat „continuationem et
variationem“, quas etiam Nov. Org. II, 21 commemorat, invenimus
enim hoc loco dispositionem earum operis partium, quas
non perfecit, ubi variationem et scalas intellectus, quae ad
continuationem pertinent, non omittit. Haec paucis verbis
attigimus, ut appareat, de Methodo cogitationes principales
in delineatione inveniri. Quare recte dicimus, Baconem
in hoc opusculo promissionem suam perficere incepisse.

Primam delineationis partem Baco in opere „cogitata
et visa“ perfecit, quod 1607 scriptum esse negari non
potest (Spedd III, 589) edi contendo, eam, quam nos
habemus, editionem posteriorem esse. Baco voluit
hoc opus sequi (Spedd III, 589) „an example of a true
inductive investigation, with all its apparatus of tables“
as applied to one or two particular subjects, which would
have covered the same ground, which the second book
of the Nov. Org. was meant to occupy“. Quare rursus is
liber, quem perfecit, in primo Nov. Org. libro sit dilatatus,

et secundam partem in Nov. Org. demum adjecerit, verisimile videtur, et primam partem operis „Cogitata et Visa" et secundam, quam nondum descripserat, in Nov. Organo absolutam esse et confertam, quod postremum ejus opus est, quo Methodus illustratur.

Quae omnia si complectimur, hoc dicamus: communis et methodi et partitionis scientiarum fundamentum est Val. Terminus, a quo duae, ut ita dicamus, oriuntur viae, una per Adv. 1605 et per „descriptionem globi intellectualis" 1612 ad opus „de Augm. 1623", altera per delineationem 1606 sive 1607 et „Cogitata et Visa" 1607 ad Nov. Org. 1620. In una via ad perfectionem partitionis scientiarum progreditur, in altera ad Methodi exaedificationem.

Quae si cogitamus, Baronem eodem fere tempore, quo partitionem scientiarum etiam Methodum descripsisse, primo 1603, deinde 1605 et 1606 (1607) postremo 1620 et 1623, etiam illud verisimile videtur ex uno eoque principio et scientiarum partitionem et Methodum ortas esse, ita ut dici possit, et partitionem scientiarum Methodo nitii et Methodum, ut ita dicam, corporari in partitione scientiarum.

Cui sententiae etiam haec favent: Et Nov. Org. et opus „de Augm." partes sunt Instaurationis magnae, quam totum renovandae philosophiae opus complecti voluit. Instaurationis partes sex jam invenimus in delineatione qua ipsa adumbrari vult partem secundam, quamquam quae sit prima pars, ibi non explicat. Ceterae autem Instaurationis partes, quales in delineatione sunt, plane consentiunt cum iis, quas postea enumeravit.

Quare non quaeritur, quid primam partem amplecti voluerit; hoc enim ex „distributione operis" quam Novo Organo praefixit, apparet, ubi „partitionem scientiarum" primam partem esse exponit; sed hoc quaeritur, quod scriptum in Delineatione primam Instaurationis partem esse putaverit. Ita enim se gerit ac si primam partem jam absolverit, cum dicat (Spedd. III, 547): „... Omnia perspicue proponamus atque ordine non perturbato. Pateat itaque hujus partis destinatio et distributio". et postea: huic vero libro secundo ...." e quibus verbis eluret ante primae partis expositionem eum non scripsisse delineationem. Neque enim quisquam de secunda parte dicit, priusquam, quae sit prima operis pars, sciat. Quare Baco primae partis officium operi Adv. ascripsisse putandus est. Speddingus quidem putat Baconem Adv. eo tantum fine scripsisse, ut regi philosophiam suam commendet; idcirco eum in Delineatione de prima Instaurationis parte silere, quia ad hunc locum Adv. non aptum esse putaverit, nisi magnopere mutaretur. Concedamus, eum regi Adv. dedicasse, sed hoc nobis non videtur verisimile, eo solum fine Adv. eum conscripsisse, ut regem ad philosophiam suam alliceret. Nam si cogitamus, Val. Termini caput X partitionem scientiarum continere, id quod Speddingum rejicere vidimus, Baco scientiarum partitionem in Adv. accuratius sic explicasse putandus est, ut primum propositum se continuare sciret. Quod titulus libri sit:

„Advancement of Learning" non „partitio scientiarum" id rem nostra sententia non pugnat. Potuit enim Baco eodem jure hoc opus „Advancement" nominare ac „partitio scientiarum". Primo titulo finem operis significat, qui est is ut hominibus ostendatur, quomodo in scientiis possint proficere, atque hic titulus rumea conditione consentit, qua Adv. in Instauratione utitur. Prospectum enim opere Adv. in novum scientiarum globum aperiri vult Baco, ut ad novam philosophiam animi eliciantur, id quod aliter fieri non potuit, ac si Baco Augmenta, quae nova philosophia perfici possint, proponeret. Quare si vere Baco se id, quod Val. Term. cap X inscripsit, in Adv. continuare putabat, via dubitari potest, cum jam in Adv. secundam Instaurationis partem „Naturae Interpretationem" promittat, quam provinciorem in Val. Term. capite XI positam esse videmus, Baconem hes duas partes et Adv. et Interpretationem ut unifici servientes sibi proposuisse, philosophiae naturali. Si addimus, Baconem delineationem non plenis annis duobus post Adv. conscripsisse, siquidem eam ante aestatem anni 1607 conscripsit, in qua „cogitata et visa" perscribit — quae delineatio hoc habet initium: „Memores autem instituti nostri omnia perspicue proponemus atque ordine non perturbato" quibus verbis, priusquam delineationem conscripserit, se institutum Instaurationis habuisse intimat — aliter enim non posset memor esse, — hoc si addimus, apparet ad duas primas partes descriptionis philosophiae suae, priores quam

serundam in Delineatione arruratius exponere in-
reperit, quatuor partes eum certe anno 1606 adjerisse
easque omnes certe initio anni 1607 nomine Instaurationis
colligasse. Hac sententia non excluditur illud, quod
Baro Adv. emendare voluerit, priusquam eam ut
primam Instaurationis partem ediderit, unde eluret, cur
in Delineatione de prima parte sileat. Cui explicationi
illa res respondet, quod, cum postea Instaurationem Novo
Organo Baro praefixit, in titulo commemorat (Spedd I, 147):
„Illae (partitiones scientiarum) ex secundo libro de
progressibus faciendis in doctrina divina et humana nonnulla*)
ex parte peti possunt." (Speddingus (I, 147 Coroll.) ex his verbis
concludi posse putat, Baronem „Globum intellectualem" voluisse
ut primam partem Instaurationis Novo Org. praeponere, quia
„Nonnulla" ex Adv. „peti possunt", ita ut cetera ex alio
scripto videantur hauriri debere. Hoc scriptum fuisse Globum
intellectualem, quem se perfecturum esse, tum speraverit.
Baro jam anno 1608 doctori Playfer Adv. convertentum dederat
(Baroniana 25, 26. Spedd I, 420); sed cum opus doctoris
Baroni displaceret, in medio relictum est. Deinde anno 1612
Globum conscripsit, quem tam diffuse digerere reperat, ut
perfectionem sperare vix posset. Quare si post octo annos
in illo titulo I, 147 dicit: nonnulla sese ex Adv. petenda
neque quicquam addit, quo Globum se perfecturum esse
annunciet, id probari non potest, eum „Globo intel-
lectuali" primae Instaurationis partis locum ascribere
voluisse, quamquam ner eum illud noluisse dici
potest; potest enim etiam tum putasse, se globum
esse perfecturum. Quare de hac quaestione silemus,
quae minoris est momenti.

Sed hoc dicimus, essentialem materiam, quam primae parti Instaurationis ascribit, non aliam esse, nisi eam, quae in Adv. invenitur, etsi additamenta eum parere voluisse, cum delineationem describeret, et postea in scripto „de Augm." ferisse apparet. Nam illud quoque constat, Baronem Globum tum omisisse, cum Adv. denuo in linguam latinam converterit cum iis, quae enumeravimus, additamentis. Apparet igitur ab anno 1607 in Instauratione et partitionem scientiarum et Methodi descriptionem suos obtinuisse locos, quos iis additamentis, quae et partitio et Methodi descriptio acceperunt, nunquam amiserunt. Cui autem illud mirum videtur, quod Baro Novo Organo praefixerit Instaurationem et non scripto „de Augm", quod primum obtinet locum, is cogitet, Novum Org. cum antea scriptum sit, Baroni melius visum esse, si Instauratio cum Novo Org. ederetur, ut quem Novum Org. in tota ejus philosophia locum teneret, appareret. Nam si postea primam partem addidit, hoc nullam mutationem in Instauratione ipsa efferit.

Sed etsi illud conceditur, Baronem Adv. et de Augm" primae Instaurationis partis vice fungi voluisse, tamen mirum videri possit, quod Baro partitionem scientiarum ceteris partibus praeponit. Hoc enim loco id significari videtur, quod partitio scientiarum ad tempus perfecta sit „quo facilius et veteribus perfectio et novis aditus detur" ita ut hoc loco quem „de Augm" et Adv. in Instauratione acceperunt, magnam gravitatis suae et ponderis partem haec scripta amisisse videantur, cum alio loco propter se, hoc ad tempus „tamquam in transitu" conferta possint putari. Sed cogitandum est, nova huic primae parti Baronem

immiscuisse et, quae in sequentibus Instaurationis partibus inveniantur accuratius illustrata, ea in hac parte anticipasse, ita ut haec pars tamquam prospectus totius ejus philosophiae praemissa sit, non ut postea destruatur, sed quid Baro sibi velit, ostendat. Non aliter atque ex loco scripti „de Augm", ex eo loco, quem Novum Org. obtinet, idem concludi posset, ad tempus id esse scriptum. Nam partes Nov. Org. sequentes demum Methodum re illustrant, quam in Nov. Org. jam descripsit, cum tertia pars historiam naturalem, quam Methodi Basin esse Baro voluerat, quarta tabulas inveniendi ex historiae materia diligenter compositas, quinta mediam scientiam, media axiomata ex illis tabulis conclusa, sexta demum veram philosophiam naturalem expliceret (quae omnia postea accuratius explicabimus). Quare eluret, non minus eum Methodi descriptionem anticipasse, quam scientiarum partitionem, praesertim cum ipse dicat (Nov. Org. I, 128), artem inveniendi cum inventis adolescere, unde sequitur, Methodum usu meliorem fieri, ita ut falsum esse videatur, si anticipetur. Quodsi Methodum anticipatam non ad tempus tantum, sed semper valere vult, cur partitio anticipata ad tempus tantum accipi potest? Sed hoc quis opponat, Methodum debere praesumi, cum nemo explicare possit rem, priusquam sciat, quomodo expliceret, nec quisquam aliquid vere invenire possit, nisi artis inveniendi peritus, partitionem vero scientiarum omnino confici non posse, nisi omnia jam inveneris, ita ut postremo, non primo loco recte ponatur.

Quare si prima pars sit totius operis, ad tempus tantum valere eam, elucere. Sed „de Augm" non continere talia, quae ad tempus valeant, jam indicavimus; id tantum demonstrandum est, eum locum, quem in Instauratione obtinet, non ad arbitrium et libidinem sed necessario ei attributum esse. Tum enim dici non potest loco suo pondus et gravitatem „de Augm" amisisse. Quodsi cogitamus, in Methodo inductiva facillime id evenire, ut in singulis comprehensionibus insistamus et concatenationem omittamus, nisi totius inquisitionis finem semper in animo retineamus, negare non possumus, opus esse, ut provincia et finis philosophiae nobis proponatur, priusquam singula perscrutemur. Hoc ipsum est officium scripti „de Augm", ut in montem colloremur, unde totum regnum, quod expugnare volumus, oculis terminemus (Val. Term. c. XI). Dicat aliquis, Baronem ipsum dixisse: „tanquam in transitu" (Spedd. I, 134) primam partem se conscribere. Sed hoc verbum eo ipse, quod fecit, explicat. De singulis enim scientiis saepissime breviter disputat. Ac facile concedamus, in singulis fortasse partitionibus paura emendanda esse, ipsum putasse, sed generalem dispositionem et distributionem eum ad tempus scripsisse, negamus. Accedit, quod Instaurationis finis est vera philosophia naturalis, quamquam alia quoque philosophiae problemata in medio esse, non obliviscitur, cum ipse inter alia scripta „sermones fideles" in Ethica conscripserit. Quare, cum in prima Instaurationis parte naturalis philosophiae fines excedat, jam ex hac re apparet, non ad tempus

tantum valere partem primam. Quae cum ita sint, in Systematis explicatione demonstrare conamur, illud ipsum principium ad scientiarum partitionem cum adhibere, quod Methodi fundamentum est. Nam Baco dei scientias secundum animi vires, memoriam, phantasiam, intellectum dividere videatur, tamen vere secundum illud principium partitionem fecit, quod ex his verbis intelligi potest (De Augm. III, 4. Shonw. p. 91): „Sunt scientiae instar pyramidum, quibus historia et experientia tanquam basis unica substernuntur, tabulatum primum a basi est physica, vertici proximum Metaphysica." Eandem atque in physicis cum in ethicis quoque partitionem conferre, postea erit explicandum. Quare recte dici potest, Inductionis principium fundamentum esse partitionis, cum physis ab illo scientia vera esse negetur, quae phantasiae asscribitur, historia autem memoriae, reliquae scientiae rationi attribuantur, itaut partitio secundum memoriam et rationem perfecta partitioni experientiae principium secutae plane respondeat. Sed tempus est Baconis systema accuratius explicandi.

B. Systema Baconis.

4.) Quomodo erga Dogmatismum, Empirismum, Scepticismum Baco se gerat.

Rejicit Baco Dogmatismum, Empirismum, Scepticismum. At primo quidem de ratione, quae inter Empirismum et Dogmatismum intercedit, paucis disseramus.—

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828815828/phys_0031

a. De Empirismo et Dogmatismo.—

„Empirici, inquit Baco (Nov. Org. I, 95. Cogitata et Visa Spedd III, 616) formicae more congerunt tantum materiam memoriaeque eam tradunt, historiam ergo solam tractant, contra quos Dogmatici pugnant, qui araneorum more telas ex se conficiunt. Apis vero ratio media est, quae materiam e floribus horti et agri elicit, sed tamen eam propria facultate vertit et digerit". Ergo neque historiam laudat, quae omnium scientiarum vice fungitur neque eos, qui historiam et res plane omittunt. Conjungendum esse intellectum cum experientia, applicandum esse aequum et abrasum ad particularia, Baco censet. Singulares tantum et senibus animadvertendas res cognosci posse; quae per sensus accipiamus digerere et ordinare debere intellectum, qui hoc formali tantum officio fungatur. Naturam nisi parendo non vinci, primum, ut sensuum officio utamur, opus esse. „Intellectum" inquit „non contemnimus sed regimus, sensui non derogamus sed ministramus" (Nov. Org. I, 126). Non in animo habemus generales quasdam notiones innatas, sed generales notiones sunt formae ac leges naturae, quae inductione vera inveniri possunt. Quare Syllogismum a philosophica inquisitione prohibet, quia non a singulis ascendat ad universalia, sed ab universalibus descendat ad singularia. „Syllogismus, inquit, ex propositionibus constat, propositiones ex verbis, verba notionum tesserae sunt; itaque si notiones ipsae confusae sint et temere a rebus abstractae, nihil in iis, quae superstruuntur, est firmitudinis. Itaque spes est una in inductione vera." (Nov. Org. I, 14. De Augm. V, 2, p. 125). (Sicut ipsum de augm. sic citatus: De Augm. L... C... p... hoc ad editionem Schonwetteri refertur).—

Quare Baro dicit, syllogismum in scientiis popularibus, ethicis politicis, legibus adhibendum esse, ubi accuratis notionibus non valde opus est; sed has scientias, Ethicam et Politicam si ut scientias veras, non populari modo tractare vult etiam ad eas Inductionem adhibendam esse putat (Nov. Org. I, 127). Itaque restat usus syllogismi et in populari sermone et in agendo (quia, ut secundum praeceptum vivam opus est propositione majore, id est praecepto et minore, id est casu quodam, in quo praeceptum sequar), ita ut recte dicatur syllogismus ab inventionis arte prohiberi, quam philosophiam veram esse dicit. Cum jam explicaverimus, quomodo historia conjungatur Intellectui sive Empiricorum doctrina cum dogmaticorum axiomatibus, quid de Scepticismo Baro dicat, videamus.

b.) de Scepticismo.

Contra Scepticismum illud commonet, quod in natura divinae mentis ideae impressae inveniantur, quod scientia bonae sit naturae deoque acceptae, quod ea, quae reali existentia digna sint, non sint indigna, quae sciantur cum scientia sit imago essentiae rerum (Nov. Org. I, 23. I, 125. de Augm. I, p. 24–26) „Verum" inquit „quod a principio diximus, et perpetuo agimus, sensui et intellectui humano, eorumque infirmitati auctoritas non est deroganda, sed auxilia praebenda" (Nov. Org. I, 67). Inter Scepticismum autem et dogmatismum haec ratio intercedit. Primum Scepticismum et ipsum dogmatismum esse, exponit, cum dicat: homines „quidquid sibi ipsis aut magistris intactum fuerit, id extra terminos possibilis ponunt", id quod prae ceteris scholae Academiae novae, „quae Acatalepsiam ex professo tenuit

et homines ad sempiternas tenebras damnavit." Nov. Org. I, 71.
Deinde scepticismum falsis praejudiciis magnopere sustentari explicat; itaque omnes opiniones pravas, quas idola appellat, prorsus ex animis evellere studet, quod paullo accuratius commemorandum esse videtur.
Redarguit humanam rationem nativam et sibi permissam, demonstrationes theorias sive philosophias et doctrinas, quae receptae sunt (Nov. Org. I, 115. I, 39–57. de Augm. V, 4). Idolorum quatuor sunt genera, quorum tria „Rationi nativae" ascribuntur, Idola tribus, specus, fori; ultimum genus idola theatri, falsas philosophias et demonstrationes amplectitur. Idola tribus ea sunt, quae in rationis natura continentur, ut, exempli causa, si quis aliquid cognoscere se ac perspicere putet, potius omnia, quae opinioni contraria occurrant, secundum arbitrium suum convertat, quam rebus cedat, ut positiva negativis praeferens falsas opiniones accipiat, quia negativa praetermiserit, ut leges inde abstrahere soleat, unde maxime moveatur, ita ut remotiores instantias, quae legum veritatem probent, plane negligat. Idola specus ea sunt, ut homines scientias in mundis propriis, non in mundo majore quaerant; quod Chymicis exprobat, qui e fornacis experimentis totam philosophiam elicituros se sperent, Aristoteli qui e logicae praeceptis ac regulis physicam tractarit. Idola fori, quae verborum ambiguitatem et obscuritatem manifestent, omnium esse molestissima, putat, cum verba e populi oriantur ingenio minus erudito, ita ut sapientes certioribus et arctioribus finibus verborum significationem terminare debeant, quod ne definitionibus quidem conficere possint, cum definitiones ipsas

nisi verbis usitatis dare non posse videantur. Falsa explicat verba aut res significare, quae omnino non existant, aut prave esse a rebus abstracta. Deinde idola theatri a philosophorum derivat erroribus, quae sophistica sint, rum ad ea, quae experientia inventa sint, alia meditatione et ingenii agitatione falsae effirta addantur, empirica, rum ex pauris experimentis tota construeatur philosophia, superstitiosa, si theologiae argumenta ex fide falsa et veneratione perversa philosophiis rom̄isceantur. Quae idola omnia pravis demonstrationibus, quas ipsas idolis theatri ascribit, maxime sustentantur. Quare illae diligentissime sunt evitandae, ex quibus haur praeter reteris rom̄emorandam esse putamus (rum magnas in systemate Baronis partes agat demonstratio indirecta): si quis in demonstratione exceptiones praetermittat. Ut autem philosophias recte redarguere possimus, opus esse Baroni videtur, ut fundamenta quaedam dijudicandi theoriarum pretii condat. In quibus illa maxime Baronis philosophiae respondere videntur, quod systematis dignitas ab experientiae amplitudine atque divitiis pendeat, quod consensus omnium in rebus philosophiis minime doctrinam aliquam rom̄endet qui in idolis fori sit fundatus, quod recta philosophia vere crescat, rum omnia in naturae fundamento posita crescere soleant. Deinde errorum causas esse explicat auctoritatis reverentiam et antiquitatis verecundiam; quae, quam sint stolida, inde apparere, quod suum tempus magis sit antiquum quam, ut exemplum afferam, Graecorum, ubi humanum genus in juventute vixerit; admirationem operum jam perfectorum, qua magis copiae quam inopiae

conscientia patriarum desperationem, quae superanda sit eo, ut in animis hominum spes, in literis prosperiores se esse, invitetur.

Postquam vidimus, quae sint scientiarum impedimenta, sedem eorum quaerere debemus. Et primo conspectu phantasia errorum causa esse videtur, cum Baco ipse phantasiam confingere ideas et cogitationes a rebus diversas, convelat, „ita ut, quae in rerum natura nunquam eventura fuissent, ad libitum componat et introducat." (de Augm II, 1.); atquamquam Baco eam internuntium tantum esse inter rationem et sensum, et inter rationem ac voluntatem dicat — „nam sensum idola omnigena phantasiae tradere, de quibus postea ratio judicet, et rationem ut ipsum idola certa et probata phantasiae transmittere, priusquam fiat executio decreti" de Aug. V, 1. — tamen phantasiam exsuscitatam, non solum rationi insultare, verum eidem vim quodammodo facere, partim corrumpendo, partim castimulando, convertit. Quare nihil obstare videtur, quin in illam culpam errorum transferamus. Sed cum si accuratius perspectimus, Baconem de phantasia exsuscitata loqui, invenimus, quam inflammationem ab orationis persuasione originem trahere vult, ita ut recte dici possit, phantasiam et in rhetorica et in theologia (de Augm V, 1) et in naturalibus scientiis, ut in fascinatione, in corporis motibus (quorum rector et quasi auriga sit imaginatio (de Augm. secundum Baconis opinionem attributam non IV, 3), errorum summum et ultimum esse fundamentum quamvis false applicatum prava creare eam non neget. Cujus sententiae rationem hanc esse putamus, quod

phantasiae conditionem multo inferiorem attribuit, quam quae ex se ipsa errores possit generare, cum semper ministri officio fungatur (etiamsi enim motuum auriga appellatur, ipsa tamen ratione duritur), praeterquam quod poësis mater est, quam parvi Baro aestimat. Quae cum ita sint, affectus et voluntatem sedem esse errorum, putemus. Neque huic opinioni Baro opponit, cum ipse dicat (Nov. Org I, 49): „intellectus humanus luminis sicci non est, sed recipit infusionem a voluntate et affectibus, id quod generat „Ad quod vult scientias": quod enim mavult homo verum esse, id potius credit." Haud raro voluntati pravarum sententiarum origininem ascribit et affectibus. Tamen ne hac quidem re contentus est. Plurima enim vitia atque idola generari dicit ratione ipsa (confer Lasson über Bacos von Verulam wissenschaftliche Prinzipien p. 19). „Intellectus, inquit, sibi permissus, nisi regitur et juvatur, res est inaequalis et omnino inhabilis ad superandam rerum obscuritatem" (Nov. Org I, 21). „Gestit enim mens ensilire ad magis generalia, ut quiescat; et post parvam moram fastidit experientiam" (Nov. Org I, 19). Neque mirum est, quod Baro sic cogitaverit. Nam cum rationis sit, unitatem quaerere, quae singularia conjungat, illud clarum est, universales ideas nisi menti vere inesse putamus, rationis naturam omnino non acquiescere dum ad universalia ascenderit; quod si inductionis tantum opera fieri potest, infinito demum temporis spatio unitas illa, quae rationi non minus necessaria est quam aër animalibus, cognosci potest. Quae fit, ut ratio, quae est natura, a singulis, axiomatibus mediis praetermissis, ad universalia advolare videatur. Contra si concedimus, vere existere ideas universales in mente, basin habemus, quae rationis naturae respondet,

ut jam non opus sit, ut eo nimis celeribus efferatur alis ubi domicilium suum habet. Sed longe alium, putat Baro, usum esse verum rationis, quod postea accuratius explicabitur. Jam vidimus, quae Baro praejudicia et quos errores in animo humano existere putet, quibus scepticismus juvetur ac sustentetur. Proinde positivam methodum, quam commendat unicam, et quae cum illa conjunguntur, axiomata expliremus. Ac primo naturae inquirendae viam et rationem, deinde ceteras disciplinas, naturae autem inquisitionem ita intueamur, ut primo fontem omnis scientiae naturalis, sensus, deinde memoriae scientiam, Historiam, quae sciendi basis est, postremo Physicam contemplemur. Postea de ascensione ad formas sive Metaphysicam erit dicendum.

§ 5., De cognitione sensuum.

Sensuum experientia a sensibus tantum deduci potest. Quare neque atomos neque materiam abstractam vere existere, Baro putat. Sensibus enim individua tantum occurrunt, ita ut individuorum notitia basis omnis scientiae naturalis sit. (Nov. Org II, 2. II, 8). Sed duae occurrunt difficultates, si particulas rerum, quales in natura sunt, invenire studemus. Sensus enim haud raro non decipiunt, saepius diffusam tantum et perplexam praebent notitiam. „At longe maximum impedimentum provenit a stupore et falsariis sensuum" (Nov. Org I, 50). „Sensus per se res informa est et aberrans, neque organa ad amplificandos sensus aut arcendos multum valent; omnis verior interpretatio naturae conficitur per experimenta, ubi sensus de experimento, experimentum de natura judicat."

Experimentum igitur remedium esse putat, de quo paullo accuratius disseramus. Per experimenta naturam vult serari, ut particulae rerum inveniantur. Quare organicam naturam divellere studet, quod opinioni ejus convenit singula per sensus animadversa veram esse naturae basin! Sed omnino rejicit experientiam vagam, appetit ordinatam et digestam, quae lege certa procedat (Nov. Org. I, 82. 100.) et subtilitate naturam prenset et raptet (Nov. Org. I, 121). — Quomodo experientia vera conficiatur, multis verbis explicat in „literata experientia" sive „venatione panis" (de Augm. V, 2). Ut exemplum afferam, experimentum quoddam applicari posse dicit ad materiam subtiliorem, quam ea sit, de qua antea factum sit, quod appellat variationem experimenti. Sagacitate quadam interna, ait, nos duci ab experimentis ad experimenta. Sed cum talis dux incertior sit, aliam experimentandi legem quaerens regulas quasdam universales praecipit, ut magis „lucifera quam fructifera" experimenta faciamus, sive ea quae rerum notitiam magis quam quae usum afferant, ut non solum de certa natura, sed de compluribus inter se conjunctis individuis inquiramus, ut, si omnino sensus deficit, graduatione, id est virium in experimento adhibitarum accumulatione et incremento, aut analogia defectum suppleamus, ut non sensibile ad sensibile reduramus, ut exquisitam naturae subtilitatem observemus et inquiramus Nov. Org. II, 39. 40. 42. 43. ut naturae motus contemplemur gradatim continuatos, ut immediatas sensus actiones juvemus, quae regulae in experimentando accurate sint observandae. Sed facile est intellectu, tales regulas universalis legis locum non explere, quae ordinem singulorum experimentorum praescribat. Qua de re postea iterum erit dicendum.

§ 6.) De Memoriae cognitione sive de historia naturali.

Omnes sensuum imagines memoriae traditae Historiam constituunt. Quare eluret, Historiam quoque plane esse individuorum. Sed cum inductionis via difficillima esset confectu, si ex innumerabili experimentorum multitudine memoriae tradita ad magis universalia ascenderemus, abbreviandam esse eam Baro intelligit. Itaque ~~infimas~~ infimas individuorum species immediate sensibus cognosci, dicit, ita ut si unum individuum cognoveris, speciem perspicuas, quia infimarum specierum individua vix inter se discerni possint. Quum demonstrationem qui probat, etiam hoc arripiat, quod Historia dividatur in „Historiam generationum" et „praetergenerationum". Nam si species in historia existunt, fieri potest, ut praetergenerationes, quae specierum exceptiones sunt, commemorentur, praesertim cum notitiam haud inutilem praebeant ad naturae secreta ulterius rimanda (de Augm II, 2) secundum illam sententiam, cognitione negativorum positiva magis perspici, ita ut cognitio specierum sive „generationum" (quod verbum singulas naturas „ut cursu consueto se explicantes" significat) cognitione exceptionum crescat. Historiam autem generationum ex materiae varietate dividit in Historiam caelestium, meteorum, globi terrae et maris, massarum sive collegiorum majorum, specierum sive collegiorum minorum.

(Tactus von Liebig p. 3 – 20 quam Baro ipse conscripsit, Historiam naturalem valde vituperat. Nos sic physicae non sumus periti, ut de hac re judicare possimus. Sed si dicit p. 20: Nach dem, was man nach dem Vorhergehenden an diesem Werke erfahren hat, das die Grundlage des Nov. Org. ist, wird man im Voraus erschliessen können, was Baro in diesem uns gibt: hoc concedere non possumus. Ideam enim operis sui si male perferit

nondum ipsius ideae explicatio rejicienda est, sed sola perfectio. Ex si Kepleri, Galilei, Stevini, Gilberti inventiones multo magis fructiferas fuisse p. 49. 50. 51. de Liebig explicat, rogitet et illud, quod illi non systema naturae quaesiverint, quod non philosophiam naturalem descripserint, sed singulis inventis gloriam sunt adepti. Contra Baro philosophiam naturalem conscripsit. Cf. Heinrich Boehmer: Ueber Francis Baron von Verulam p. 22. die Vergleichung Bakos mit den großen Naturforschern seiner Zeit ist unpassend, da Baron nicht sowohl Naturforscher als Naturdenker war. Schon Haller sagt: Barons Vergleichung mit Galilaei (sic) ist brechet ungerecht, der letztere war freilich ein besserer Mathematiker & Kenner der Sterne, aber er war auf wenige Wissenschaften eingeschraenkt & Baron übersah sie alle." p. 23. . . . mit dem Experiment war noch nicht der Begriff des Experiments gegeben. p. 19. Baro leistete nun nichts mehr & nichts minder als daß er den Begriff der Methode, den vor ihm große Naturforscher thatsaechlich, doch nicht begrifflich entwickelt hatten, seiner Zeit zum Selbstbewußtsein zu bringen suchte).—

Prae ceteris illud videtur esse observandum, quod Historiam artium naturae ascribit. Effectus enim eosdem esse, si res in ordine ponantur natura, ac si ab homine disponantur, qui nihil aliud in natura efficere possit nisi res in ordine ponere, corpora amovere et removere, lororum tantum transmutationem producere. Quae cum natura et ipsa perficiat, nihil interest inter artem et naturae opera nisi ut homo sit efficiens causa in arte. Quae differentia si tam parvi aestimatur, ut nihilo serius ars naturae pars esse dicatur, hominis opera naturae subjiciuntur, praesertim cum Baro dicat, omnium hominum artionum dignissima esse inventa, quae nil aliud sunt quam hae artes, ita ut summum agendi genus sit, ut ita dicam, imitari naturam, quae et ipsa corpora movet.

Sed de inventis postea. Historiam naturalem relinquamus, ut de inductione ipsa verba faciamus.

§7. Methodi inductionis descriptio.

Ex multitudine experientiae eligendam esse certam naturam, Baco pergit explicare, tabulasque esse componendas tres, in quibus conscriptum sit, quibuscum illa naturis conjuncta sit, ab quibus abhorreat, in quo gradu insit in aliqua natura, facta comparatione incrementi et decrementi aut in eodem subjecto aut in subjectis diversis secundum magis et minus (Nov. Org. II, 11. 12. 13. deinde his tabulis perfectis illud respiciendum esse, utrum perpetuo et semper natura, de qua inquirimus, cum alia quadam sit conjuncta, utrum perpetuo ab alia abhorreat perpetuo cum alia natura crescat et decrescat, ita ut per rejectionem sive exclusionem (valde miramur, quod vir doctissimus Justus v. Liebig p. 24 de exclusiva Baconis dicit: die Hauptsache bei diesem Process ist, daß die Ausschließung sich auf alle Dinge o Erscheinungen erstreckt, die man sich nicht zurecht legen kann. „Ist man damit fertig" sagt Bacon (hat man alle und die einzelnen dieser Naturen nach seinem Gutdünken über Bord geworfen) so weiß man jetzt .... timemus, ne Justus v. Liebig praetermiserit, exclusivam Baconis nihil aliud esse, quam rejectionem earum naturarum, quae non semper cum natura certa conjunctae sint, ut naturam inveniat, quae semper cum certa sit conjuncta cf. p. 25–27) et per „affirmativam" inquisitio fiat. „Supra enim hominem est per affirmationem formas nosse, cui tantum conceditur procedere primo per negativas et postremo loco desinere in affirmativas" Nov. Org. II, 15. Quae inquisitio sine tabulis illis tribus fieri non potest, cum, si videndum sit, utrum perpetuo cum natura aliqua subjectum, de quo inquirimus, conjunctum sit, opus sit, ut sciamus, quibuscum naturis omnino sit colligatum. Nam si una inveniri possit subjecti, de quo inquirimus, conjunctio, in qua non insit illa natura, non semper cum ea conjunctum est. Eodem modo, ut pro certo habeamus, omnes, quibuscum natura, de qua inquirimus, conjuncta est

naturas nobis esse notas, opus est, ut etiam omnes cognoscamus naturas, quae a data abhorreant semper et perpetuo. Quare omnes naturas scire debemus, quae absint a data, id quod tabulae indicant, ut deinde inquiramus, utrum semper absint. Sed Baco ipse, immensum esse opus conficere tabulas negativas plenas intelligit, quare privationes inspiciendas tantum esse in illis subjectis, quae sint maxime cognata illis alteris in quibus natura data insit (Nov. Org II, 12) praescribit, qua restrictione inductionem plenam (Trendelenburg Log. Untersuchungen Bd II p. 283: Allerdings kann sie – die Induction – für sich zu keinem Ganzen abschließen und bleibt dem Zufall einer widersprechenden Erfahrung offen und ihre Allgemeinheit ist daher unvollständig, nichts als die grössere od. kleinere Summe der beobachteten Erscheinungen) omitti, quis est, quem effugiat? Praeterea Baco, quia saepissime notiones vagas ac non bene terminatas excludi a dato subjecto intelligit, vindemiationem primam efficiendam esse dicit „ut fiat permissio intellectui arringendi se ad interpretationem naturae in affirmativa." Cum enim „veritas citius emergat ex errore quam ex confusione" (Nov. Org II, 20) praestare putat (Rémusat: Baron" pag 249: „toutefois il faut bien commencer c'est à dire risquer l'erreur), si falsa quam si confusa dicentur; praeferendam igitur esse falsam affirmativam ad tempus explicatam obscurae exclusivae, cum falsa affirmativa, quae certam naturam semper cum data conjunctam esse falso edicit, ad novam exclusivae applicationem nos impellat, ad accuratiorem differentiarum inter naturam datam et eam, quam semper datae conjunctam esse putamus, intercedentium cognitionem nos adducat.

(quod Baco illud exemplum, quod affert de calore usque ad hanc vindemiationem adhibuerit neque ullo modo certam definitionem caloris dare voluerit, virum doctissimum Justum de Liebig videtur effugisse dicit enim: Seine Untersuchung ueber die Natur der Waerme kavent Baron mit einem Schlusssatz, der eigentlich das schwerste ist, was sein Werk enthaelt, naemlich

ein Recept, um Waerme zu erzeugen. Für uns geht aus diesem Recept, dem Product seiner eigenen arbeit mit seinem neuen Werkzeug unzweifelhaft hervor, daß Baron, der Erfinder desselben, kein Feuer damit anzünden konnte, daß sich mit sinnlosen zu einem Knaeuel verdrehten Strasen kein Ofen heitzen laeßt. p. 27. De Liebig intelligere omittit, Baronem hic naturam caloris nolle explicare sed exempli causa e calore ostendere, quid sit vindemiatio prima, quae non est finis de alicujus naturae essentia inquisitionis, sed primus conatus essentiam naturae positive explicandi. Non aliter ac de Liebig dicit Lasson: man versuche es doch einmal nach diesem Recept eine Stube zu heitzen p. 27.).

Ad haec inductionis viam expediendam Baro omnes relationes de quibus quaeri possit et rationes inter naturam datam et alia subjecta enumerare studet, quas appellat praerogativas Instantiarum. Exempli causa: „instantiae solitariae exhibent Naturam datam in talibus subjectis, quae nihil habent commune cum aliis subjectis praeter illam ipsam naturam" (Nov. Org II, 22) Subjunctivae fines efficientiae naturae, de qua fit inquisitio, et mensuras indicant, instantiae foederis naturas, quae heterogenia dirimi videntur, conjungunt falsamque diremptionem convincunt, instantiae ostensivae naturam inquisitam nudam et in summo gradu potentiae, clandestinae quasi in cunabulis et sub contraria natura subactam ostendunt. Videmus has praerogativas valde utiles esse ad rationem quae inter naturam datam et aliam interredat, accuratius inquirendam. Quae postquam absolvit Baro inductionis methodum ulterius se prosecuturum esse polliceretur et partes inquisitionis sequentis disponit, quas in medio rum reliquerit, enumerare supervacaneum videtur. Sic Baro a singulis in Historia datis ascendere conatur ad formas rerum, cujus methodi hoc est fundamentum, ut certae naturae proprietates inveniantur essentiales, quae semper cum ea sint conjunctae, quas formam naturae certae appellat, doctrinam de formis Metaphysicam nominat. Inter historiam et Metaphysicam invenitur scientia, quae quid complectatur

facile est intellectu; omnia enim, quae inveniuntur axiomata e comparatione naturae, cujus formam inquirimus, cum aliis, quae non semper cum illa conjunguntur, quae forma illius non sunt, axiomata media appellat et Physicae attribuit. Physica ergo de iis inquirit axiomatibus, quae quidem semper valent, si certae fiunt naturarum conjunctiones — aliter enim axiomata appellari non possent — sed quae non semper cum ea, de qua fit inquisitio, natura conjunguntur. — Contra Metaphysica de proprietatibus essentialibus sive de legibus naturarum, quas postea explicabimus, disserit. Nunc opus est, ut paucá de Physica diramus.

§8. De Physica.

a. De terminis Physicae.

Physica est pernecessaria, quum historiam cum Metaphysica conjungat. Nam ea tantum conditione formae inveniri possunt, ut ea, quae non semper cum natura quadam sint conjuncta, ab iis, quae illi sunt propria, dirimi possint. Sed hoc aliter fieri non potest, ac si omnia cum natura certa conjuncta cognoscantur, quae cognitio ad Physicam pertinet. Unde sequitur Physicam servire Metaphysicae, cum hunc ad finem comprehendat axiomata media, ut a methodi progressu ulteriore excludi possint. Metaphysica enim formas amplectitur, axiomata media non recipit. Ea de causa Baco dicit (De Augm. III, 4. Nov. Org. II, 9. Ado. Spedd. III, 354) „Physica igitur causarum vaga et incerta et pro modo subjecti mobilia complectitur, causarum constantiam non assequitur". Metaphysica enim sola formas et leges aeternas continet, quae sunt „fixed and constant causes".

b.) de objectis Physicae.

Physicam postquam terminavimus, opus est ut Physicae objectum paullo accuratius destinemus. Qua in inquisitione oriundum est ab illa quaestione, quas formas Baco cognoscere velit; nam cum Physica, ut ita dicam, ea tantum sit provincia, quae in via sita est ad formas ducente, scire debemus, quas formas invenire velit, si Physicae objecta investigare volumus. — Certae naturae formam inquirendam esse vidimus. Explicandum est, qualis sit certa illa natura. Baconem diximus ad particulas rerum recurrere. Quare illarum particularum naturas inquiri debere, concludi possit. Quas particulas individuas totum particularum genus manifestare explicatum est. Itaque recte particularum genera fundamenta totius naturae appellantur, e quibus omnia componuntur et miscentur (Justus v. Liebig: Francis Baron p. 31: Der Grundfehler in Barons Methode ist gerade der, daß sie weder zu der Erforschung des Qualitativen noch des Quantitativen geeignet ist. Concedimus, Baconem non plane exposuisse, utrum particulae rerum an qualitates rerum basis naturae sint. Dicit quoque, simplices naturas esse basin totius naturae, quare sic hanc difficultatem enodare posse videmur, simplices naturas particularum genera esse, posse simplices naturas in particulas dividi, quae eodem modo simplices easdem naturas contineant. Sed Baconem qualitatem rerum inquirere, cum simplicium naturarum leges inquirat, quis est, qui neget. (verbum „simplex" quid sibi velit cf. § 10). Ea Baco simplices naturas appellat, vel schematismos materiae ut densum, rarum, fluidum, humidum, calidum, frigidum, pneumaticum, organicum, specificatum, alia, quae omnia clare enumerat (de Augm. III, 4. p. 86). Simplicium ergo naturarum formae primum sunt inquirendae ea, quam exposuimus, via (Nov. Org. I, 17), ex quibus tota natura componitur. Sed alias praeterea naturas cognosci debere explicat earumque leges inveniri.

Nam rerum natura sit absque contradictoria, neque rerum compositio cognosci possit, nisi compositionis causas scias quae sunt notae, opus est, ut motuum naturas earumque leges inquiras. Ergo si motuum naturas legesque et simplicium naturarum formas intelligis, fundamenta totius naturae tibi sunt nota. Sed ne putes Baronem a priori non ex experientia cognovisse, quid sit fundamentum naturae tangam in transitu addamus, nonnullas simplices naturas prehensionales densus immediatas esse, ut Calidi, frigidi, albi, Nigri; sed non ita, ut statim appareant rum simplicitatis harum naturarum immediata cognitione, aliam formae earum — tum enim immediate formae cognoscerentur — sed ita, ut inter eas, quae sensui dantur, naturas, hae vocandae esse simplicissimae, id quod inductione affirmari debet. Leve autem, densum, humidum aliasque notiones falso abstractas esse dixit easque simplices naturas esse negat. Motuum naturas Baco explicavit (de Augm III, 4. Nov Org II, 48) esse motum antitypiae, ex quo omne corpus corum suum tenet, motum meatus, ex quo non detur vacuum, motum libertatis, ex quo corpora figuram naturalem restituere studeant vi externa compressam, motum hyles, ex quo corpora novum quaerant ambitum, exempli causa dilatationem caloris, motum continuationis, motum congregationis majoris, ex quo corpora ad connaturalia trahantur, motum fugae sive antipathiae, motum assimilationis, motum regium, ex quo certae in corpore particulae ceteras regant, ut anima animalis corpus, motum cohorentiae motus, ex quo materiae quidam pro appetitu omni sit non moveri, alios, quos omnes non speculativos sed ex vera rerum natura abstractos esse gloriatur. Horum formas inquiri debere Baco (de Augm. III, 4 p. 90) dixit.

Quae autem Physicae objecta sint, nunc explicare possumus. Illud enim animadvertendum est: primo si naturae forma inquiritur, sive naturae essentia, sive id, quid sit natura, magis id respicitur, quid sint illa, quae cum certa natura conjuncta sint connexione non sempiterna; atque in hac inquisitione prae ceteris Physicae adduntur ea, quae ad materiam naturarum pertinent; deinde si motus forma inquiritur, conjunctiones naturarum ipsae sunt observandae, iis enim cernuntur motus; conjunctiones autem cognosci non possunt nisi mutuis naturarum efficaciis. Quare hic prae ceteris ea Physicae afferuntur, quae ad efficacias pertinent, sive causae efficientes. Ad materiam autem quod attinet, hoc constat, Baronem eam sine efficacia existere negare, ita ut etiam materia semper sit causa, sed quatenus materia est, causa materialis. Quare causa materialis et causa efficiens Physicae sic ascribi debent, ut mediorum axiomatum fines non transeas. Exempli causa video calorem sirrantem limum et calorem liquefacientem ceram. Animadverto causam esse et liquefacientem et sirrantem calorem. Sed etiamsi haec mihi nota sint, tamen caloris legem nescio sed solam causam efficientem. Eodem modo si illud quoque respicio, quod sirrescat limus, cera liquefiat, quod ergo alio modo calore afficiatur limus, alio modo cera eodem calore, causam quidem materialem cognosco, non legem caloris aut legem ceraе et limi. Itaque causarum, quod sit nexus et qualis sit, in quibus materiis quomodo sit, intelligo, id est causam efficientem et materialem.

c.) de circulatione ab experimentis ad axiomata et ab axiomatibus ad experimenta.

Sed etsi illud concedimus, Baronem a simplicibus naturis explorationem incipientem ad formarum ipsarum inquisitionem progredi, tamen hoc nondum liquet: quae excluduntur naturae, non sunt simplices sed compositae. Vidimus enim Baronem ipsum ea de ~~re~~ causa vindemiationem primam conficiendam praescripsisse, quae notiones vagas et non bene terminatas corrigat. Illud enim respiciendum est, quod jam antea diximus, sensuum cognitionem quae Historiae est materia, in qua inductio ipsa posita est, non esse perfectam, sed perplexam et confusam. Quare rum nusquam ab experientia ad inductionem ascendere possemus, si experientiam completam antea reddere vellemus, praeterea lex illa (cf pag 35) secundum quam experimenta ex ordine fieri possint, non adsit, ita ut omnino non ad finem produci posset experientia, Baro hanc dicit esse experimentorum seriem ordinatam, ut ex axiomatum mediorum impulsu experimenta denuo fiant, ut si quid perplexum videatur, experimento patefiat. Sic Baro circulum in inquisitione generat, cum incipiendum esse ab experientia ordinata et digesta atque ex ea educenda esse axiomata atque ex axiomatibus constitutis rursus experimenta nova dicat (Nov Org I, 82) (Justus de Liebig pag 12: dieser richtige Grundsatz verwandelt sich in Baros Praxis zu einem wahren Zerrbild. Sed discernenda est a descriptione methodi, applicatio in physica: descriptio haud merito procsus reprobatur a J. de Liebig, de applicatione ne judicem). — Hac circulatione naturarum simplicium leges paullatim inventurum se esse sperat et eas simplices naturas, quae non immediate per sensum cognoscantur.

d. Quid intellectus possit in Physica.

Quodsi quaerimus, quid intellectus sit officium in hoc methodo exsequenda, dicit quidem Baco (Nov. Org. II, 15): „Facienda est prorsus solutio naturae et separatio non per ignem certe sed per mentem tanquam ignem divinum". – Sed accuratius si rem perpendimus, nihil menti relictum esse videtur nisi, ut tabulas componat, quas ante commemoravimus; nam exclusivam affirmativamque experimentis effici, videmus. Perplexa enim si adest notio, experimento solo dirimi potest, cum rationem antea viderimus causam esse perplexionis. Sed ad seriem destinandam experimentorum, ratione opus esse concludi possit, cum Baco experientiam certis legibus ordinatam comparandam esse dicat. – Attamen nusquam Baco hoc munus intellectui attribuit, cum rationem regi debere pronunciet nec regulas experimentandi a priori eam praecipere posse, quae ipsae experientia sint inveniendae. Itaque priusquam regulae sunt inventae, sagacitate ~~mentis~~ quadam in experimentando durimur, ut jam explicavimus, quae magis „odoratio sit venatica" quam scientia. Sic non solum in iis, quae nobis per sensus dantur, comprehensionibus sed etiam in nostra in naturam actione ipsa, non ratione sed „sagacitate" id est natura quadam bruta et rationis experte regimur, priusquam regulas experientia comperimus. Quare sibi constat, cum (Nov. Org. I, 122) dicat: „haec nostra felicitatis cujusdam sunt potius quam facultatis et potius temporis partus quam ingenii. Est enim certe casus aliquis non minus in cogitationibus humanis quam in operibus et factis". – Initium ergo omnis scientiae subjectivum, quamquam non principium, est casus cogitationem regens. Postea ratio naturam cum natura comparans tabulas perficit, quibus experientiae materia ordinatur, ut denuo dirimatur ad formas inveniendas.

Historia congeries est rerum fortuitarum; in Physica processus perficitur, quo sensim casus excludatur per complures gradus de quibus postea dicemus. Metaphysica leges ipsas aeternas complectitur, cum simplicium formas naturarum, e quibus omnia composita sunt, contineat. Apparet igitur Physicam in medio positam esse inter casum et legem (Ado. Speddi III, 354). Sed priusquam de iis gradibus dicamus, per quos in Physica procedit processus casus excludendi, haec commemoremus:

Hoc pro certo habet Baro in rerum natura vere leges universales omnia regere. Nobis ipsis tantum, putat, has leges per longum processum sensim in cognitionem pervenire. In nostra igitur scientia tam diu casus adest, dum cognitionis processus, qui per Inductionem fit, est perfectus, etsi hoc concedimus, casum cum crescente scientia decrescere. Quae si ita sunt, cum nullo temporis momento finiri possit inductio — nam semper in orbe mundi nova fiunt, vetera corrumpuntur — plane certam ac necessariam cognitionis basin acquirere non possumus, si sola inductione nitimur, quamquam id verum est, quod cognitio, quo magis per inductionem crescit, eo certior fit. Quam scientiam de cognitione humana perferre possemus, nisi haec occurrerent. Naturam, ut una sit, universales leges regere debent nec solum eae, quae relative sint universales sed eae, quae totam amplectuntur naturam, omnem, quae quocunque tempore occurrere potest, experientiam. Hoc Baro ipse concedit. Sed ad naturam etiam nos pertinemus, quatenus sumus empiriri. Itaque natura nostra empirica universalibus totius naturae legibus subjecta est. Quatenus autem cogitandi facultas non est empirica, tria sunt possibilia: aut facultatis cogitandi leges cum legibus naturae consentiunt aut pugnant, aut nihil cum iis habent commune. —

Ultimum est impossibile, cum nemo negare possit, vere de legibus naturae nos cogitare. Quod autem ad secundum attinet, si cogitandi leges cum naturae legibus pugnarent omnino non possemus cognoscere leges naturae, quia tum eae objecta cogitandi fieri non possent. Nam ut res objectivae in cogitationem subjectivam recipi possint, opus est, ut et subjecto cogitanti et objecto, quod cogitandum est, leges sint communes. Quare ut natura cognosci possit, opus est, ut naturae lex insit quae etiam res regat, ut dici possit, naturam cum legibus rationis et rationem cum legibus naturae consentire debere, ut natura sit cognoscibilis. — Atque hic duo possunt cogitari: aut lex, qua natura cum subjecto cogitante conjungitur, talis est, ut cogitandi processum inscio cogitante subjecto regat, aut etiam in conscientia ipsa legis cogitatio inest, ita ut conscientiam ipsam condat. Priorem sententiam, quae cum Barone consentit (Baronem hoc velle, nemo negare potest: nihilo serius in hac re sibi non constat. dicit enim etiam illud, principia philosophiae contineri in theologia. Quodsi theologiae haec ascribit, jam non illud pronuntiare potest, cogitandi processum inscio cogitante subjecto lege inductionis regi, praesertim cum Metaphysicam, Primam philosophiam, summam legem naturae adumbret, priusquam inductionis processu ad illas res pervenerit (cf. §19. §28)), si concedimus, hoc erit dicendum: cognoscendi progressus cum legibus naturae consentit, quin etiam his regitur. Necessario progressus filo, ut ita dicam „sagacitate" quadam paullatim meus inductionem perficit et sola necessitate, quamquam ipse nescit certum inductionis finem, ad cognitionem legum universalium magis magisque progreditur. Apparet hunc cogitandi modum talem esse, ut quatenus cogitatio sibi semper par sit, eatenus universales nescias leges, cum paullatim ad conscientiam universalium legum existentiae erigatur. Quatenus enim sibi par est per omne tempus cogitatio, non cognoscit leges universales, quia tempus est, quo nondum eas cognoverat.

Ex hac prima sententia illud sequitur, quod tanquam in transitu addamus, nusquam conscientiam legum relative universalium existentiae ultra eum finem progredi posse, ad quem inductionis processus provenerit. Quare si Baro summam naturae legem existere affirmat, secum pugnare videtur, etsi respiciendum sit, ex alio fonte, hanc legem existere, eum scire, de qua re postea. Sed ad propositum ut redeamus, si Baro inductionis processu (quem eundem esse ac cogitanti processum in scientiis naturalibus putat) paullatim leges universales in conscientiam venire, non prorsus insciam regi conscientiam legibus, concedit, non est cur legis maxime universalis existentiae conscientia ab illo temporis momento pendeat, quo inductio est perfecta. Nam si haec lex vere objectiva cogitandi processus lex est, omnem scientiam condit et ipsius quoque subjecti cogitantis lex est. Quare etiam sine inductionis methodo hanc legem cognoscere debemus, quae nos ipsos quatenus cogitamus, non solum regit sed constituit, quia lex est maxime universalis. Quare nisi illud negare vult Baro, nos de nobis ipsis cogitare posse, concedere debet nos scire, legem maxime universalem et ut nostram et ut maxime universalem existere, quae nisi naturam complecteretur, natura non esset cognoscibilis, atque haec est altera thesis, quam proposuimus. Sed si illud diceretur, hominem non semper de se potuisse cogitare sed fieri conscientiam sui ita, ut ea tantum, quae in experientia cogitatio de se invenit, scire possint, ut conscientia sui nunquam finem eorum transgrediatur, quae de se experientia sciat, tum et ipsa cogitatio plane est empirica et subjectum cogitationis nihil habet, quo a natura discernatur. Sed Baro hoc rejicit cum intellectum homini ascribat, qui facultatem habet abstrahendi et ad universalia ascendendi. —

Neque enim facultatem abstrahendi nobis ascribere posset, sed solas actiones singulas abstrahendi, si sola experientia niteretur. Quare, ut omnia complectamur, sola inductione veritatem inveniri dici non potest. Qui enim concedit universales leges inesse rebus, etiam id concedere debet eas esse in cogitando. Ac si eae sunt in cogitando, sunt etiam in conscientia et cognosci possunt sine inductione perfecta, etsi non excluditur, impulsum, quo expergiscatur conscientia sui, oriri a sensibus. Quare Baro aut hominem abstrahendi et ascendendi ad universalia facultatem, qua sic a natura discernitur, ut non solum cum ea legibus sit subjectus, sed etiam leges cognoscat et sui conscius exerceat, habere, debebat negare aut concedere inductionem solam non sufficere. Sed ut hoc Baroni ostendatur, illud non sufficit dicere: eum velle, legem universalem in natura existere, et in hac sententia non probata eum inductionem ponere, priusquam ipsam legem per inductionem invenerit, ita ut postulatum solius inductionis fundet in fide, universalia existere. Nam Baro tum objicere potest, hanc fidem esse revelatam et fixam inspiratione divina. Sed ad scientiam naturalem hoc nihil valere. Ex illa enim fide nihil posse deduci quod ad scientiam naturalem pertineat. Sed eam pignus tantum esse, quod inductio non sit irrita, et incitamentum ad inductionem incipiendam. De hac re postea diremus accuratius. Hic illud commemoremus nos ostendisse, conscientiam ipsam lege universali constitui debere, ita ut sit propria conscientiae illa lex, non extrinsecus data. Quodsi a nobis universale scitur ut proprium, non solum Inductio sed etiam deductio est possibilis.

Sed ad Physicam revertamus.

e.) de partibus Physicae.

Baco eam dividit in physicam sparsam et physicam „collectam in unum" Siquidem recte conjicimus, causa hujus divisionis sunt gradus, quos intra physicae terminos percurrit inductio. Prima enim doctrina de Physica sparsa aut magis singularia concreta complectitur, Historiae naturali ergo proxima est, aut magis abstracta singularia, quae magis universalia sunt quam concreta, explicat; quae postrema e principio causae materialis et efficientis in doctrinam de motibus et naturis vel, ut Baco dicit, de Processibus et Schematismis dividitur. Progressum ad magis universalia eluret hic factum esse a „physica sparsa" concreta ad abstractam. deinde Baco de natura collecta in unum loquitur neque opus est ut expliceremus, jam multa singularia cognita esse debere, si de connexione naturae dici potest. Etiam haec doctrinam dividit in „fabricam Mundi" et „de principiis" secundum causam efficientem et materialem. Tota enim concatenatio et fabrica magis ad causam efficientem, principia magis ad Materiam quam ad motum pertinent. Sed illud nusquam est praetermittendum, quod Baco hic semper „causarum vaga et incerta" (de augm II, 4) respicit, non formas aeternas. Priusquam autem ad Mechanicam pergamus, hoc commemoremus, semper Baconem in his divisionibus causam materialem conjungere cum efficiente, unde apparet, quam profunde in Baconis philosophia haec cogitatio sit fundata, omnes res non solum esse sed etiam agere, quod idem in summa naturae lege ostenditur, ubi causa materialis, cui „Esse" respondet, conjuncta est cum efficiente, quae actionem complectitur.

Hoc erit operissimum postea, ubi exponimus, quem locum
in Baconis systemate habeat utilitas. Hic illud ostendisse
nos putamus, progressu Inductionis divisionem Physicae dirigi.
De doctrina „de principiis" autem, ne magis universalia et
graviora eam amplecti putemus, quam vere continet, postea
pauca sub loco addamus.

§ 9. De Mechanica.

a.) Explicatio Mechanicae.

Nunc opus est, ut pauca de Mechanica dicamus, quam Physica
praeterit (de Augm III, 5). Mechanica, quae Operativae pars est,
nova inventa per experimenta profert. Quod officium facilere
prae ceteris eo modo potest, ut, quae axiomata media praecipiunt,
exsequatur: „cum enim exempli gratia dicitur in Inquisitione
formae caloris: lenitas non est forma caloris aut: regere
lenitatem: idem est ac si dicatur: potest homo superinducere
calorem in corpus densum aut contra, potest homo auferre
aut arcere a corpore tenui" Nov. Org II, 17. Aphorismi et
consilia Spedd III, 794). Quare Baco dicit: „Inventiones res sunt
utilitas et veritas (Nov. Org I, 124) atque opera ipsa pluris
facienda sunt, quatenus sunt veritatis pignora, quam propter
vitae commoda". Duplex ergo usus est Mechanicae et ad
scientiam firmandam, ut quasi obrussa sit axiomatum,
et ad subjiciendam hominibus naturam. Neque solum ad ea,
quae cognita sunt, axiomata firmanda, sed etiam ad nova
investiganda fiunt experimenta. Nam vagas notiones
diffusasque animadversiones experientia corrigi videmus.

b.) De operativa fine.

Sed etiam hoc removere debemus, scientiam Mechanicae
et toti Operativae servire ac de hac re paullo diffusius
videtur esse disserendum, cum haud raro sententia floreat
Baconi systema soli utilitati esse subjectum,

quin etiam, id ipsum esse novum, quod Baro attulerit. Exempli causa Maraulay (conversio Bulau 1850 II, 110. 111) dicit, Baronis finem esse, ut commodis inserviat et utilia inveniat.

Primum hoc constat, Baronem, siquidem utilitatem omnis scientiae finem esse dixerit, eam utilitatem rejicere, quae proprio commodo inserviat. Contra hanc sententiam omnia militant. Hoc neque in Val. Term. Spedd III, 222 neque in Ado Spedd III, 240. 241 neque in delineatione, neque in „cogitata et visa Spedd III, 611 neque in ullo scripto dicitur. Prae ceteris de Augm. Lib. VII hanc rejicit sententiam, ubi dicitur, bonum individuale minoris aestimandum esse quam bonum communionis. Sed hoc Maraulay ipsum rejecturum esse putamus, quod Baro proprie utilitati in philosophia sua consuluerit. Id vult, Baronem scientiam subjecisse universali omnium hominum utilitati et ad hunc finem scientiam adhibuisse ut utilitatem generis humani assequeretur, ut miseriis liberetur, quare putare videtur, Baronem id quod dicitur „Commonwealth" aequalibus commendasse. Atque hoc concedi debet, Baronem non singularia et dispersa inventa laudasse, sed id egisse, ut totam inventionem concatenationem in principio comprehenderet et methodum, quae semper et ubique valeat, ad hunc scopum assequendum describeret ut more systematico omnibus auxiliis et instrumentis imperium naturae appetendum esse doceret. Imperium naturae felicitatem hominibus afferre cognosci voluit, quod naturae legum accurata cognitione obtineri possit, ita ut philosophiae scopus esse videatur, ut fiat fructifera.

Sed etiamsi hoc conceditur, tamen id, quod dicitur „Commonwealth" aut profundiori sensu aut leviori sumi potest. Nam aut illud Baro magis respexit, ut generi humano voluptates praeberet et commoda, ita ut quam

maxime tranquillam voluptatem homines assequerentur aut illud egit, ut continuo labore et diligentia assidua imperium naturae appeterent. Ad primum quod attinet, invenimus in scriptis Baronis sententias, quae cum hoc consentire videntur, exempli causa (Val. Term. Spedd. III, 223). Sed cum ea loca, ex quibus illud fortasse probari possit, solam voluptatem eum respexisse, et rarae sint nec necessario illud contineant, praesertim cum Baro facile ad propriam voluptatem reduceretur, si voluptati tranquillae consuleret, videtur certius dici, Baronem voluisse, ut vires attenderent homines, non ut voluptatibus fruantur, sed ad imperium naturae assequendum, quo imperio fiant beati. Multo pluris agendi principium quam quietis aestimat, rejicit tranquillam voluptatem, commendat continuam assiduitatem (Adv. Spedd. III, 420. de Augm. VII, 1). Quorum consentit primum, quod Baro dicit, bonum passivum, quod sit voluptas et fruitio, esse molissimum et infimum, maximum bonum esse activum, quod semper novis inventis, continua actione dilatetur; deinde quod, omnium hominis actionum dignissimas esse intentiones vult, quod amorem ut scopum amplissimum describit, in quo excessus non detur: hominem enim scientiae appetitu peccavisse, ad similitudinem divinae bonitatis aspirando nunquam in periculum incidere (de Augm. VII, 3). Amor enim ea re probatur, ut generi humano inventis quisque serviat, non ut commodis fruatur, qua de re etiam religionem christianam religionem amoris esse exponit. Cum illa sententia Baronem voluisse ut scientia humana serviat actioni ad naturam superandam, etiam nova inductionis methodus convenire videtur, cujus finis sit, ut scientia operativa creetur ad naturam accurate

per illam exploratam vivendam. Inde sequeretur, quod, si philosophia alia velle complecti, quam ea, quibus ad eum finem, cui servit, opus est, haec inutiles viderentur speculationes, de quibus nihil sciri possit, ac si quid veri de iis cognosceretur, hoc non magni aestimandum videretur. Neque ab hac sententia Baro plane abhorrere videtur, cum doctrinas de animae rationalis essentia, de principiis et fundamentis Ethicae, de Deo a philosophia prohibeat. Quae omnia si Theologiae ascribit, recte conjici videretur, vere Theologiam illi videri supervacaneam, cum de objectis agat, quae ad necessaria generi humano non pertineant. Ac si cogitamus, Baronem dicere, id, quod jam philosophiae ascribit, nempe amorem universalem in religione christiana perfectum esse, facile possemus suspicari, eum, ne communi de religione sententiae adversetur, religioni id ascripsisse, quod vere jam philosophiae attribuat, amorem generis humani, praesertim cum minus de iis, quae peculiaria sunt christianae religioni, de „mysteriis, de redemptione" etc. dicat, quae in natura vivenda nihil proficiant. —

Sed ne hoc quidem scientiae scopo Baronem contentum esse aliquis dicat, ut sola naturae vivendae actione homo fiat beatus, sed etiam leges et instituta civitatis eum emendare voluisse praeter inventa naturae, ita ut appareat, Baronem magis universaliter consuluisse publicae saluti quam solo naturae imperio. Hoc quidem verum est, Baronem etiam id egisse ut leges emendarentur reipublicae, attamen naturae imperium primum ei videtur bonum, ut ipse dicit, dignissima hominum opera esse inventa et artes novas (Nov. Org II, 52. Schonw. p. 418). — Ac prae ceteris hoc non est praetermittendum, etiam in legibus emendandis eum non voluptati sed actioni favere. —

quare (ut omnia comprehendamus) Baro scientias ad eum finem referre videtur, ut serviant artioni humanae imprimis naturae viventiae, qua re homo sit beatus; illud negare videtur scientias propter se existere et in se aliquo esse pretio, sed scientias ex usu, quem artioni ferunt, aestimare videtur.—

Quodsi illud concedimus, Baronem saepissime dicere, finem scientiae esse naturae imperium, tamen hac ipsa sententia nondum illud excluditur, naturae imperii finem esse scientiam. Illud Baro magis premit, quia tum novum erat, dum omnes scientiam scientiae finem esse scribant. Sed hoc tum demum excluderetur, si vere naturae imperium solum esse scientiae finem et unicum putaret. Dixit quidem Val. Term. Spes. III, 232 falsum esse, si quis scientiam propter se ipsam quaerat sine operatione. Sed ex hac sententia non illud concludi potest, Baronem omnino negare scientiam propter se existere. Potest enim cogitari, Baronem putare, omnem scientiam naturalem ea tantum conditione veram esse, quod sit fructifera. — Quodsi haec solum conditione vera est cognitio, sine hac conditione pretium habere non potest. Tum enim falsa esset, si esset sterilis. Sed talem scientiam, quae sit fructifera etiam in se pretium habere et propter se existere posse, non solum ea de causa, quia fructifera sit sed etiam ea, quia scientia sit, id negari nondum potest. Ut uno verbo dicamus, conditio, sine qua non existit vera scientia, ea est, quod sit fructifera. Sed utrum felix scientia etiam propter se existat necne, nondum explicatum est. Quaerendum igitur est, utrum Baro putet, operativam servire scientiae non solum ita, ut scientiam juvet eo fine, ut scientia cursus ipsa juvetur — nam enim finis ultimus esset operatio — sed ita, ut scientia etiam in se habeat pretium, quatenus non pendeat ab operativa.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828815828/phys_0060

In Val. Term. nondum invenimus dici scientiam propter se existere nisi in uno loco Spedd III, 218: „It is true that the contemplation of the creatures of God has for end (as to the natures of the creatures themselves) knowledge" Sed hoc non praetermittendum est, quod in Val. Term. nondum tanta perspicuitate ad aeternas formarum leges se erexerat, unde apparet, eum scientiae pretium aeternum nondum tam clare potuisse cognoscere. In Adv. formarum aeternitas clarius explicatur (Spedd III, 354). Ibidem autem (III, 261 et 262) promittit de progressu scientiarum se dicturum esse, non: de progressu inventionum neque hunc libro titulum dedit, sed illum, de progressu scientiarum. — Non aliter dicit (Adv. Spedd III, 417) partitionem scientiarum se non propter usum facere, sed cognitionis rerum causa. Neque id comprehendi posset, si propter usum solum scientias esse putaret, quod Primam Philosophiam condere vult. Tum enim ultra summam legem aut naturae aut politices aut ethices transgredi supervacaneum videretur, quibus tota Operativa perficitur, quae omnino re perfici potest. Prima philosophia eum tantum habet finem, ut unitatem scientiarum adjuvet. Id agit Baco, ut universalem scientiam adumbret, quae complectatur maxime universalia. Quodsi delineationem contemplamur Spedd III, 547. 548. 553. 554. 557 invenimus, Baconem in hoc scripto scientiam aequare Operativae, non ei subjicere. Quin etiam scientiam appellat thalamum, operativam Epithalamium (557). Eodem modo opus „Cogitata et Visa" (Spedd III, 612) cum hac sententia plane consentit, cum dicat Operativam esse „veritatis pignus" eodem modo „verissimam et utilissimam" esse „formulam", quam ipse velit (620). Ad posteriora si nos convertimus scripta, ad Nov. Org. Parasceue, de Augm. Instaurationem, invenimus dicta, quae superiora partim

tuperant, partim exaegnant Nov Org I, 124. 129. II, 52. (Thouv. p. 416. 417). Distributio operis Spedd. I, 140. 144; Parasceue V–VI. Spedd I, 399. 400. de Augm VII, 6. Thouv. I, p. 2. Term. fat. I: „veritas lumen, quae sola se judicat, docet veritatis inquisitionem, quae eam .. demeretur veritatis cognitionem, quae praesentem eam sistit et veritatis perceptionem cum assensu, quae est ipsius fructio et amplexus, summum esse humanae naturae bonum". Videmus igitur Baronem non solum utilitatem respicere? sed hoc non negamus, Baronem utilitatem appetere et id persuasum habere, quamcunque veram scientiam simul principium agendi appetitus in se ferre, rerum cognitione simul facultatem nobis dari posse in eas agendi. Quodsi quaerimus cur Baro prae ceteris id respiciat ut scientia sit fructifera, in naturali scientia hoc invenimus: in summa lege naturali Baro causam materialem et efficientem vult conjungi. Quare diri potest, cum lex naturae sit, ut semper causa materialis cum efficiente conjungatur (cf. Parmenides, Telesii et Philos. fab 73 Thouv.); eundem, qui vere rem cognoverit, ejus actionem cognoscere, ita ut facultatem assequeretur re ita uti, ut res ex sua lege agat. Qui autem rei actionem nondum cognovit, is rem ipsam nescit. Ea de causa Baro id postulat, ut omnis scientia naturalis apta sit ad operativam. Idem de Ethica dici debere apparet, cum ethicae agendi leges tradat. Quare Baro dicit (de Augm V, 1. p. 121): „Neque datur in universitate rerum tam intima sympathia quam illa veri et boni" (Spedd. cogitationes de scientia III, 186. „Veritatem cum caritate colere"). Quare de his sententiis illud valet, quod et scientia et operativa vi mutua conjungantur, ita ut negue id, quod non operativae vim habet, sit verum negue id, quod non verum sit, possit operari. Baro vult scientiam res, non cogitationes amplecti, res autem non

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828815828/phys_0062

existunt nisi in actione, quare quamcunque realem scientiam Operativa sequitur. Nam illud observandum est, quod scientia naturalis neque eo, quod operativâ affirmatur, desinat esse scientia, ita ut transeat in operativam, neque eo tantum fiat scientia, quod operativa eam sequatur, ita ut nulla alia veritatis nota existat nisi Operativa. Nam si operativa sola veritatis nota esset, operativâ solâ veritas cognosceretur, id quod Baro rejicit, cum veram scientiam medium esse dicat, quo operativa juvetur. Id igitur solum agit, ut scientia vera potentiam agendi in se teneat, ut necessario eam sequatur Operativa, sed non illud, ut operativâ scientia devoretur. Sed ambo mutuo inter se nexu cohaerent. —

Idem de Prima Philosophia dici potest, ea enim notiones maxime universales complectitur, quibus, si vere cognitae essent, tanta responderet operativa, quanta est provincia notionum Primae philosophiae. Theologiae autem inspiratae ut Operativa respondet veneratio Dei, de quo in Adv. accuratius dicitur. Eodem modo (Cogitata et visa Spedd. III, 612) dicit: „et quod in religione verissime requiritur, ut fidem quis ex operibus monstret, idem in naturali philosophia competere, ut scientia similiter ex operibus monstretur"; ita ut dici non possit, Operativam deesse Theologiae.

Sed de hac quaestione explicatio nondum facta est, utrum scientia sit propter beatitudinem humanam an propter se, sed illud tantum demonstravimus, Baronem nolle, propter opera tantum existere scientiam, ab Operativa eam pendere. Opera autem vult et inventa existere propter felicitatem humanam. Quare de hac quaestione est decernendum, utrum scientia etiam sit propter se existat, ut pluris aestimanda sit, quam beatitudo, an scientia propter beatitudinem existat, quia scientia homines beati fiant. Quodsi Baro dicat propter beatitudinem

existere scientiam, tamen hoc non sequitur, propter inventa sola eam comparari. Tum enim illud nondum rejectum est, scientiam, quatenus sit scientia, per se beatos reddere homines. Quare ut Baronis doctrinam complectamur, vult et scientiam, quatenus est scientia et operativam, quatenus est Operativa com̄uni hominum saluti servire. Sed hoc negamus, Baronem velle, scientiam Operativae tantum medii vice fungi.

(.) De appendice Mechanicae.

Sed ad Mechanicam revertamus. Ut ars magis expedita fiat, Baro com̄endat, ut inventarium Opum humanarum conscribatur „quo breviter enumerentur omnia hominum bona et fortunae, quibus fruuntur adjectis iis, quae olim in̄otuisse constat, ut, qui ad nova inventa arringitur, de jam inventis negotium sibi non faressat." eodem modo „Kalendarium experimentorum eorum, quae maxime ad aliorum inventionem durant"; unde apparet, quanta cum diligentia et subtilitate Baro methodi exaedificationem perfererit. Sed jam tempus est, ut de formis ipsis paura disseramus, de quibus antea ut de meta inductionis verba ferimus.—

§ 10. De Metaphysica.

Vidimus Baronem, ut lex naturae rectae inveniatur praescribere, ut natura, quae semper cum illa conjungatur, inquiratur. Sed qualis sit illa lex, quam inquirit, nondum expliravimus.— Simplicium naturarum formas, cum fundamentum sint totius naturae, universales esse, apparet. Quodsi natura quaedam semper conjungitur cum natura simplice, necesse est, ut sit magis, non minus generalis quam simplex. Nam si minus generalis est, non semper potest cum illa conjungi. Pari autem universalitate quod utatur, Baro rejicit, quia coordinatae simplici notiones et ipsae simplices sunt, ita ut nulla eluceret simplex natura, quae

quaeque per alteram appareret non expositam. Quodsi magis generalis est illa, etiam id occurrit, quod magis generalis cum aliis quoque naturis colligetur praeter conjunctionem quae ei cum data intercedat. Quare opus est ad essentiam naturae inquisitae constituendam, ut quam arctissimo vinculo cum illa conjungatur. – Itaque Baro sic praescribit: „inveniatur natura alia, quae cum natura data sit convertibilis et tamen sit limitatio naturae notioris instar generis veri" (Nov. Org. II, 4). Attamen cum etiam simplex natura semper cum alia conjuncta sit, quomodo potest simplex appellari? Quare verbum „simplex" Baroni nihil aliud significare videtur ac: quam minime compositum.

Occurrit et haec quaestio, utrum natura magis universalis sciri possit, cum naturae minus universalis datae formam non cognoscamus. Dicit quidem Baro, nihil proficere in Physica, qui unam naturam investigare studeat; conjunctas modo naturas cognosci posse. Naturam magis universalem inveniri posse, quia forma non inveniatur, nisi ipsa inventa sit, quae formam datae naturae constituat. Sed tum magis universali natura opus est, ut data appareat quod cum inductione pugnat. – Sed una tantum formae pars est supra explicata. Etsi enim essentialis est naturae simplici natura magis universalis, tamen etiam aliarum naturarum esse potest, ita ut specificam datae naturae essentiam nondum cognoscamus. Denuo igitur inquiri debet, quibus restrictionibus natura magis universalis circumscribenda sit. Tum demum vera datae naturae forma inventa est. Quare quaevis vera forma est species generis (de Liebig dicit pag 487: die wahre Methode geht nicht von vielen Faellen, wie Baro will, sondern von einem einzelnen Falle aus, ist dieser erklaert, so sind damit alle analogen Faelle erklaert. Wir schliessen nicht von dem Einzelnen, das wir kennen, auf das allgemeine, das wir nicht kennen, sondern wir finden

in der Erforschung vieler Einzelnen das, was ihnen gemeinsam ist. Baros Methode ist die der vielen Fälle oder die jeder unklarste Fall ein Zero ist ... so leicht muss sein, dass sein ganzes Induktionsprocess in einem Hin- u. Herrathen unbestimmter Wahrnehmungen besteht. Das Resultat, zu dem man nach seiner Methode kommt, muss immer ein Zero sein. Er nennt den Punkt, wo seine Willkür sie (die Fälle, die auf einen Uebergangspunkt fallen) zusammenführt, das gesuchte Gesetz. Differentia, quae inter Baronem et de Liebig intercedit ea est: quod Baro singulas rerum naturas inquirit, de Liebig singulos qui in momento temporis inveniuntur casus. Quare Baronis inquisitionem is eo vitiosam reputat, quod vim divisionem sit perfecerit, ut etiam, quae in temporis momentis fiunt, totius inquisitionis objectum esse voluerit, sed veteras leges singulorum naturarum. Ut enim Liebig dicit: Baronem ex multis inspexe casibus, tamen in respectu: Baronem ex casu a multis perficiendi casibus, quia certae naturae legem inquirit, ergo unius naturae casus inquirendae casus inquirit, ut ex multis casibus inveniat eam naturam, quae semper cum certa conjuncta sit. Singulos ergo casus non propter se sed propter naturam certam inquirendam respicit. Quare ei objici non potest, quod singulos casus non exponat. Exponit eos, quatenus pro suo fine opus est. Quia de causa non rarediores, quod Baro nihil nisi „Zero“ inveniat. Eam invenire potest naturam, quae sequentium cum certa conjuncta est. Quem §. de Liebig §. 48. 49. 50 exponit methodum a singulis casibus orientem, casui proximus subjectam esse, quis neget? Quod Baro voluit, ut certo ordine experimenta fiant, quemquam ipse legem, secundum quem hoc perficiendi debet, non invenit, §., de Liebig processus rejicit. Dicit quidem: Eine empirische Naturforschung in dem gewöhnlichen Sinne existirt gar nicht. Ein Experiment, das nicht eine Theorie d. h. eine Idee voraussetzt, verhallt wie im Naturforschen ungerne das Klatschen aus einer Klatterklappe zu dringen, quarum sententia non rarescimus. Sed quo unum certum casum, tum alium inquirat, processus restat. Baro seriem naturae inquisitionis ita certo ordinat, ut, qui ad certam naturam pertinent, casus inquirat, non prius ad quemquam veniat, quam ante nullo ordine certo Baronis totius naturae inquisitio non proceedat, quod §. de Liebig minime aestimare videtur. Praeterea de Liebig regulae non prospet, leges disponat universales unquam ab omni dubitatione liberas et certas firmasque esse, quia omnes a singulis pendeat, quae inductio completa sit, unde appareat formam et ipsam esse definitionem, quae naturae essentiam destruat (Nov Org II, 10 p. 351.). Eodem modo motuum formae non simpliciores sunt quam naturarum, quemvis Bako etiam

de motibus simplicibus dicat. Quos enim simplices appellat motus, formas compositas ea de causa habent, quia, si simplices essent, definitiones eorum existere non possent, cum omnis definitio universale sive genus et particulare sive speciem deposcat. Definire autem motus Baronem jam vidimus. Praeterea motuum formae universali motus formae subjici debent, quae vere existere eodem jure dicitur atque universalis natura, cui data subjicitur. Ceterum id, quod exposuimus, Baronem universales simplicesque leges quaerentem compositas invenire, ostendit ad legem simplicissimam esse et summam progrediendum, de qua re postea. Paura nunc de formis addamus. Baro (Nov Org II, 4): „forma naturae alicujus talis est, ut ea posita, natura data infallibiliter sequatur; itaque adest perpetuo, quando natura illa adest, talis est, ut ea amota natura data infallibiliter fugiat." Sed accuratius si rem perpendimus, illud certum esse videtur, eum, qui sensibus datis pretensionibus pro fundamento utatur, nihil omnino aliud ab hoc fundamento abstrahere posse, nisi ad ea, quae conspectui offerantur pertinentia. Quare si visa eadem sunt, quae essentia rerum, recte dicit Baro, formas, quas invenerit, esse rerum essentiam. Contra si alia sunt visa, aliud essentia, formae Baronis nihil aliud sunt, quam visorum leges, quarum causae sunt leges internae et Baroni occultae. Cur autem formae omnes sint compositae, quas invenit apparet. Simplicia enim in spatio non adsunt, omnia in spatio data sunt composita. Itaque mirari non possumus, quod illam summam et simplicem naturae legem invenire omnino non potuerit. Experientia, quae in spatio fit, revera frustra quaeritur. Si autem, qui simplices complures formas existere putant, ad atomorum doctrinam duruntur, quam Baro ipse rejicit. (Nov Org II, 8). Quare eluret, quod Baro, si formam vere simplicem existere putasset, relicto experientiae filo ad universalia advolare debuisset. Superest, ut commemoremus, Metaphysicae ascribi causarum finalium inquisitionem, de qua posthac verba faciemus.

§11. De Magia.

Praetera e formarum cognitione nova inventa et graviora quam ex axiomatum mediorum notitia produci posse apparet, quam artem Magiem appellare Baro solet.

§12. De summa lege naturae.

Opus est, ut ad simplicem formam ascendamus. Formas compositas ad simplicem redurendas esse videmus, quia forma composita simpliciorum eodem jure pro fundamento habere debet ac forma magis generalis generalissimam. Arripienda igitur est forma plane simplex simplicis naturae. Sed quid de motuum formis? Apparet, plane simplicem formam esse debere etiam motuum. Ergo duae simplices formae essent, una naturae simplicis et generalissimae, altera motus simplicis et generalissimi. Sed (Nov Org II, 26) Baro ipse ad inventionem „formae magnae" homines arringere se debere, dicit, ita ut non aliam legem naturae simplicis, aliam motus esse, sed potius in lege naturae legem quoque motus contineri velit. Motus enim esse non potest, nisi adsit subjectum, quod moveat. Eodem modo lex simplicis naturae omnino existere non potest, si nullus in ea inest motus. Quare simplicis naturae essentiale est, quod simplex motus in illa insit. Summa lex motus cum summa lege naturae data est. Quodsi cogitamus, causas efficientes, quae rerum continuationem perficiunt, positas esse in motibus, motus in simplice forma, dicere possumus, causam efficientem in simplice forma esse fundatam. Sed cum movens non sit sine objecto, quod movetur, opus est, ut objectum motus sit natura simplex quae cum motu ut materia, quae moveatur, conjungatur; motus non potest dirimi a materia, in qua inest. Quare formalis causa cum efficiente sive motu et cum materiali causa semper conjuncta est. In summa et simplici forma omnes insunt. Videmus igitur, summam quoque et simplicem formam respondere iis, quae in experientia inveniantur, ubi motus sunt conjuncti cum materia, formae cum rebus, ubi causas et materiales et efficientes et formales omnia regere vidimus.

Forma igitur simplex et universalis ab iis, quae experientia dantur, abstrahi debet, unde sequitur, ut Baro non ulterius progrediatur quam doret experientia, in qua semper materia per formam cum motu conjuncta est. Quare de viribus naturae Baro non loquitur. Experientiâ enim inveniri non ~~potest~~ possunt. Qua de causa simplex forma moveat, an vi interna vel externa, omnino non dicitur. Neque enim id usquam experientiâ inveniri potest. Qua de causa forma omnino non existat nisi in materia eodem modo non expliratur, experientia id docere non potest. Cur effiriens causa non a formali sejungatur, non probatur. Experientia enim dirimus, semper eas esse conjunctas. Quae cur ita sint, non pronunciatur. Quare videmus summam naturae legem (de Augm. II, 13, Nov. Org II, 16. de Augm. II, 4. p. 91) in conspectum quae veniunt amplecti, non universalem causam, cur in conspectum veniant; quare nisi existit causa occulta, quae legem rerum apparentium produrat, universalem legem Baro describit; si existit, verum rerum fundamentum omnino non cognoscit. Quare si haec lex, quia ultra experientiae limites progredi non videtur, vere simplex non est, praesertim cum nusquam a materia semper composita, dirimatur forma, Baro simplicem naturae legem omnino non cognovit. Quam existere Baro vult legem sive formam, ea nihil aliud edicit, nisi quod motus semper et usque cum materia conjuncta sit. Sed etiam haec, de qua ipse disserit, universalem legem, inveniri posse, negat (de Augm. III 4, p. 91).

§ 13. de doctrina de principiis rerum, quam Baro Physicae ascribit.

Quodsi si dicat in summa lege illa causam materialem conjungi cum formali; esse igitur formam de materiae principio Metaphysicae, Baronem vero doctrinam de materiae principiis Physicae attribuere, hoc respondendum esse videtur: eas, quas Baro (de Augm. VII, 1) materiae qualitates enumerat, quod naturae quantum neque augeatur nec minuatur, quod natura

se potissimum prodat in minimis, quod materia sit animata, quod semper sit in fluxu, experientia immediate cognosci posse, etsi nondum ad formas sint reductae. Nam Baro ipse dicit, physicam vaga et inverta complecti, causarum constantiam non assequi, ita ut, qui motus et naturae sensibus percepti ubique et semper observantur, principia materiae ad tempus valentia appellentur et recte physicae attribuantur. His quaestionibus explicatis de ceteris disciplinis agendum esse pronuntiavimus.

§ 14) De Ethica philosophia.

Praeter naturae inquisitionem ascribuntur a Barone philosophiae et Ethica et logica, quae doctrinae et ipsae inductionis methodo subjectae esse explicantur (Nov. Org. I, 80. I, 127). „Quemadmodum vulgaris logicae, quae regit res per syllogismum non tantum ad naturales sed omnes scientias pertinet, ita et nostra, quae procedit per inductionem, omnia complectitur." In his quoque disciplinis omnia in historia posita sunt. „Historia enim est veritatis magistra" (de Augm. I, 7). Ad Ethicam pertinet Historia civilis. Dignissima hominum opera inventa esse, jam supra vidimus, quae physicae attribuantur. Quare Historiae civilis est, fundamenta prudentiae civilis (de Augm. II, 5.) constituere. Ut in historia naturali, sic in civili id efficere studet, ut quam subtilissimas cognitiones, quam maxime discretam rerum copiam assequatur. Quare complures enumerat Historiae fontes ut memorias, quae acta nude composita continent, chronologiasque „et „justam Historiam" commendat, quae complectitur chronica, amplitudinem actionum publicarum et personarum facies externas commemorantia, minora autem silentio involventia, ut fomites veros et tenturas subtiliores non ostendant, vitas, exempla proponentes imitatione digna, relationes sive actionum

singularum descriptiones, ut bellorum, quae maxime omnium causarum concatenationem explicant. Historiam universalem omnino rejicit, quia connexionum rerum cognitionem non praebeat. Apparet igitur, hic, ut in Historia naturali ad subtilissima quaeque eum descendere omnesque conjecturas iones causarum cognoscere velle, ut inde regulas abstrahat. Eodem modo Historiam petit, quae res veras et integras enarret, quae magis referat quam judicet. Rejicit narrationes, quae vel ad invidiam vel ad gratiam conscriptae sint et illud remedium connasci commemorat „quod ex utraque semper fere parte edantur narrationes, quae viam stamquam inter extrema veritati aperiant" (de Augm II, 5–10). Quo fundamento vero et res ipsas sequente, posito, per tabulas ad axiomata media ascendendum esse explicat (Nov. Org I, 127), in quibus de singulis naturis ethicis, ut de ira, metu, verecundia, inquiratur. Deinde ab axiomatibus mediis ad formas ascendens, fontes ipsos rerum moralium aperire et purgare se conari, dicit (de Augm VII, 1). Objicit philosophis „quod, si radices ipsas boni et mali et radicum illarum fibras indigassent, ingentem lucem illis omnibus, quae postea in inquisitionem venturafuissent, affudissent, ante omnia si naturam rerum consuluissent, non minus quam axiomata moralia". Baro autem ut in Physica exclusivam adhibuit, ita hic quoque doctrinam de vitiis com̄ endat (de Augm VII, 2) „quae inter munitissima virtutis propugnacula videtur enumeranda". Quare gratias agendas esse Machiavello dicit „qui aperte profert, quid homines facere soleant non quid debeant". Itaque illud observandum est, quod axiomata media, quae in inveniendis formis comparantur, non sint regulae agendi cum ex Historia afferantur, quae mala et bona promiscue refert. Existit igitur differentia inter res et ideas.

Nihilo serius hoc negare nemo potest, appetitum hominis ut et quod sibi utile sit assequatur et communione et societatis vinculo utatur, experientia inveniri posse, eodem modo, quae recta interredat ratio inter bonum „individuale et communionis" ex Historia secundum, eventum dijudicari posse. Formas autem Baro has duas enumerat „legem suitatis" et communionis, quae suitatis lege sit superior. (De Augm VII, 1; Sermones fid XIII). Ex quibus legibus clarissime perspici potest, quanta cum diligentia, quanto studio Ethicam naturae assimilet, ne dicam, subjiciat. Dicit enim, ut has leges firmet et probet: „inditus est unicuique rei appetitus ad duplicem naturam boni, individualis et communionis, quae posterior dignior est et potentior, cum tendat ad conservationem formae amplioris." (De Augm VII, 1). Ex duabus his legibus ad particulares descendit formas, quae sunt compositae. Earum numero etiam politicae leges ascribuntur. Ut in naturae inquisitione sic hic simplices leges sunt fundamentales, quae omnes ceteras constituunt. Sed ut compositae inveniantur, opus est, ut ab Historia abstrahantur, ita ut omnino cum duabus illis legibus „suitatis" et „communionis" non pugnent axiomata, quae inveniuntur, cum illae verum totius Ethicae sint fundamentum. Talia Baro ipse conscripsit axiomata de singulis ethicis notionibus disputantia in libro, quem „sermones fideles" appellavit. De nonnullis ~~libris~~ vitiis quod ibi dicatur, mirum non est, cum vitiorum cognitione virtutes accuratius intelligi posse, jam explicavimus. Itaque recte vitiorum quoque formae compositae ut legibus illis contrariae explicantur. Sic legibus Historiae civilis vere abstractis opus est, ut eodem modo, ac Physicae Mechanica, Metaphysicae Magia addatur, Historiae civilis leges homines exsequantur, quam disciplinam de officiis perficiendis doctrinam de

„cultura animi" appellat, „sine qua pars prior nihil aliud videtur quam imago quaedam aut statua pulchra quidem aspectu, sed motu et vita destituta" de Augm. VII. 3. Ad culturam animi perficiendam, opus est, ut characteres ingeniorum, quales Historia traduntur, cognoscantur, ut imaginum ipsarum lineae et habitudines magis simplices, quae inter se commixtae quascunque effigies constituant, quot et quales sint et qua ratione inter se connexae, uno verbo characterum formarum compositiones excipiantur, ut fiat accurata ingeniorum dissertio, ex quorum notitia curationum animi praecepta secundum leges ethicas certius instituantur. Eodem modo vult, ut affectus accuratius inquirantur; qui si non tumultuarentur et omnia miscerent, naturam mentis humanae sedatam fore et sibi constantem affirmari vere posse, dicit. Affectus ita componere, ut rationi militent, non eam invadant, finem esse Ethicae explicat de Augm VII, 3. Inter remedia autem prae ceteris consuetudinem enumerat, ut, quo magis verum fuerit, tam virtutes quam vitia in habitu consistere, eo magis tendendum eo sit, ut normae praescribantur, quomodo hujusmodi habitus sint aut acquirendi aut amovendi de Augm VII, 3. Videmus igitur, quomodo Baro de experientia promat etiam ea, quibus ut fundamento opus est ad leges perficiendas, ea, quae conditiones sunt, sine quibus nullo modo officio satisfacere aliquis possit. Quod si quaerimus, ad quod initium Baronis Ethica recurrat illud praeceteris est observandum, quod dicit, voluntatem esse agendi principium: „Ethica enim humanam voluntatem intuetur, Voluntatis stimuli affectus", quos recte disponi oportere jam vidimus. Pergit autem explicare: „Voluntatem gubernat recta ratio" Augm VII, 1. Qualis sit illa, haud difficile est intellectu. Primus experientia dovendam esse rationem et regendam. Quare si experientia fatorum eorumque eventus nondum perfecta est et expedita

regulae, per quas ratio voluntatem regit, hactenus tantum liberae sunt a casu, quatenus experientia nituntur, etsi illud concedi potest, casum cum crescente experientia decrescere. Ad initium autem generis humani si respicimus, in quo rationi deerat experientia, tum casus eam rexisse putandus esset nisi in Paradiso deus praecepta dedisset partim postea amissa. Quod consentit cum Baronis verbo, Graecos philosophos fontes ethicae nondum cognosse. Scire non potuerunt, quia eorum intellectus nondum tanta experientiae copia neque methodi eruditione impletus fuit quanta Baronis. Apparet igitur ut duae leges naturae etiam Ethicae principia sint, eodem modo methodum Ethicae inveniendae eandem esse ac Physicae. Dicit quidem Baro (de Augm IX): „Notandum tamen, lumen naturae duplici significatione accipi; primo, quatenus oritur ex inductione, secundo quatenus animae humanae interno affulget instinctu secundum legem conscientiae, quae scintilla quaedam est et tanquam reliquiae pristinae et primitivae puritatis" Eodem modo in opusculo: „confession of faith" (Spedd VII, 222) dicit, hominem solam negativam Ethicae legum cognitionem habere in conscientia. Sed aliis locis Baro de bonitate naturali verba fecit, quae non solum potest esse negativa sed positiva. Quae non secum pugnant. Nam in illis locis conscientiam solam, in his inventionem respicit per inductionem. Quod autem ad conscientiae scintillam attinet, si ad legis divinae cognitionem, qualis in Paradiso fuerit, recedimus, hoc videtur conjiciendum. Id quod Baro de conscientia explicat, qualis in Paradiso fuerit non sic potest intelligi, ac si homo ea se cognovisset, quid bonum sit, quid malum, sed ita, ut homo praecepto sibi a deo extrinsecus dato obediverit (Spedd VII, 222. Vol. Term III, 217. Cogitationes III, 185). Quare conscientiae scintilla, quam nunc habemus, nihil est nisi infirma recordatio pristinae dei legis extrinsecus datae, ita ut memoriae facultati sit ascribenda, non peculiari conscientiae internae facultati. Opus autem est, ut ad logicam nos convertamus.

§15. De Logica.

Etiam in Logicis inquisitionis fundamentum est Historia. Baro enim Historiam literarum conscribi vult, quam accuratissime causarum nexum respicientem, e quibus causis magni processerint eventus. „Observetur per singulas artes inventionis occasio et origo, tradendi mos et disciplina, colendi et exercendi ratio et instituta" de Augm. II, 4. „de modo Historiae conficiendae illud inprimis monendum est, ut per singulas annorum centurias libri praecipui qui eo tempore scripti sunt, in consilium adhibeantur;" unde, studium ejus quam sit magnum, veram perficiendi et integram historiam, perspicitur. degustatione et observatione dicit argumenti styli, methodi genium alicujus temporis literarium a mortuis esse evocandum (de Augm. II, 4). Etiam hic experientia progrediendum est. Historiâ vere conditâ tabulae sunt faciendae (Nov. Org. I, 127), per quas ad axiomata media, deinde ad formas ascendatur. Etiam in Logica exclusiva magni est momenti. Prima Nov. Organi pars causas explicans, cur in scientiis nihil profectum sit per exclusivam" praeparat novam inductionis methodum. „deinde formam simplicem sive legem fundamentalem totius Logicae explicat, quae est inductionis methodus, secundum quam ab singulis paullatim ascendatur ad universalia. Quo principio fundato leges compositas logicae inquirit. Omnes enim, quas praescribit regulas, in illa lege fundamentali ponuntur. Quin etiam logicae partitio illam legem sequitur, cum inveniendi, dijudicandi de inventis custodiendi seu memoriâ probata retinendi, postremo tradendi artes illi ascribat. Videmus enim experientia inventam esse hanc partitionem. Inveniendi artem experientia cognoscendum esse Baro ipse pronunciat (de Augm. V, 3. p. 134): „Augusti cujusdam animi esse constat, qui existimet, artem de scientiis inveniendis perfectam jam a principio excogitari et proponi posse, eandemque postea in opere poni et exerceri debere. At certe sciant homines artes

inveniendi solidas et veras adolescere cum ipsis inventis."
deinde in arte dijudicandi quaerenda tabulas perficiendas esse ipse
dicit (Nov Org I, 127) eodem modo „de motibus mentalibus memoriae"
quod ad tertiam partem attinet. Non aliter in arte traditiva ex
iis, quae experientia dantur, methodis eam inventa enarrandi
rationem eligit, quae novis inventis locum praebeat. In omnibus
Logicae partibus universalis inductionis lex pro basi est
neque in inquirendis formis compositis Logicae partium ullo
modo a Barone negligitur. Apparet igitur etiam in
inveniendis logicae formis experientiam adhiberi. Quod si
quaerimus, num logicae operativa respondeat quaedam scientia
rogitemus, Baronem (Nov Org I, 127) dicere, omnes philosophiae
disciplinas hanc methodum amplecti, ita ut in omnibus
adhibeatur doctrinis. Logica igitur fundamentum est philosophiae
naturalis, quae mater est scientiae moralis (Nov Org I, 80). Logicam
autem, quae omnium scientiarum methodum praecipit,
fundatam esse ipsam in experientia vidimus. Quare si ad
initia omnis scientiae recedimus, quo tempore Logica
experientiâ nondum fuit exculta, omnino rasui tuae
subjecti fuisse videremur et iis, quae sensibus forte dabantur,
ducti, nisi in Paradiso a Deo ipso docti fuissemus. Sed si a
paradiso oculos removemus, quatenus nos peculiari modo
agere incepimus, negari non potest, nos a rasu pependisse,
qui sensim longo processu superetur.

Si quis tamen dubitet, num Baro inductionis legem per petitionem
principii proposuerit, cum per inductionis methodum
invenire se simulet ipsam inductionis methodum, ei hoc
videtur esse cogitandum. Si primo homines, quatenus ipsi
peculiari modo agebant, rasui erant subjecti deinde
per multos errores et falsas vias adducti nihil proferebant
in literis (hunc processum literarum, quomodo Baro eum factum
esse putat, accuratius explicavit Charles de Rémusat: „Baron" p. 198–202.)

ipsius historiae literarum processus nil aliud est, quam inductionis via, per quam genus humanum ab initiis per negativam et exclusivam ad ejus legis perveniet rogationem, quae in totius scientiarum humanarum Historiae progressu homines incertos rexerit, ita ut recte dici potest, per inductionem generis humani per multorum saeculorum spatia progredientem ipsam inductionis legem in hominum conscientiam pervenisse. Quae antea inventa sunt, axiomata media esse apparet. Forma ipsa inductionis per Baconem est inventa. Haec Baconis sententiam arripi non posse, supra explicare conati sumus. Sed ex ea hoc eluscescit, quod, quae ante eum inventa sunt, summa cum moderatione arripiat, nisi summae inductionis Ag. contrario sunt. Correctio non postremum rem hac scheri sententia p. 358: die Ungültigkeit aller späteren Systeme wird in Baco zum Gerichtsvorurtheil u. an dieses Vorurtheil knüpfen sich seine geschichtlichen Erklärungen und Urtheile; er denkt nur an die Gegenwart und die Zukunft, die er bereichern, von der Gegenwart corrigiren will. Darum vernichtet er die Vergangenheit, aber die Vergangenheit ist Geschichte. Nonaliter Lepon p. 33: das ist die gänzliche Vernichtung alles Geschichte, alles dessen, was vor ihm gegolten. Contra ros Aristoteles hat BB p. 330: Vielmehr ist die Missachtung zu bewundern, welche ihm sein selbstgenügsames Jünglichkeit. — Axiomata enim media, quae sortis digna sunt, continent. Quin etiam ea, quae cum summa lege pugnant, sed quae clare ex eventu falsa esse cognoscuntur, etiamsi lex summa nondum inventa est, quamquam ut vera suscipi non possunt, tamen per exclusivam affirmativam sustentant.

Sic: de Physica, Logica, Ethica breve judicium.

Sed illud non est praetermittendum, quod, quae excludunter, non semper falsa sunt. Axiomata enim media, ut in Physica Ethica etc. inveniuntur, falsa non sunt; saepe serius talia practicant saepissime, quae in forma aliqua imperfecta excludentur. Error excludit. Sed non omnia, quae excludunter, erroni subjiciuntur. Qui error cum omnino existat, recte quaeratur. Baconem videmus, intellectum erroris causam primariam esse, putare. Verum rationis usum esse, ut experientia regatur, dicit. Attamen cum ratio haec sortem suam et provinciam non recte cognoscit, ultra fines suos progreditur. Causam hujus rei Baco non explicat neque invenire potest, si experientiam solam respicit.

Eodem modo in Ethica malum et peccatum esse, potest cognoscere ex eventu. Sed si lex communionis vere summa est, cur non omnia ei respondent? Videmus igitur neque errorem neque malum ad veras causas esse reducta. In his quoque disciplinis Baco revera, non leges ipsas, quae potentiam et facultatem erroris malique amplecti debent, sed eorum, quae apparent, formam explicat. Cum enim facultatem erroris et mali non exponat facultatem boni et veri omnino omittit. Cur bonum sit bonum verum sit verum, non quaerit, quin etiam hanc quaestionem causam fuisse hominis peccati putet; quare bonum et verum, quatenus apparet, ad legem reducit, sed ipsam boni et veri essentiam praetermittit. Quodsi quas leges Baco et in natura et in Logica et in Ethica invenerit, recte notare volumus, id nobis dicendum est, Baconem quae sint, ubique cognoscere et leges entium, non facultatem et potentiam essendi quaerere neque, cur sint ea, quae existunt, an per se sint ipsa necessaria et aeterna, investigare. Atque hoc, quod Baco in ea essentia haeret, quae extrinsecus datur, cum ea sententia est concatenatum, sola inductione veritatem esse inveniendam in scientiis naturalibus. Nam si concederet cognitionem maxime universalis legis existentiae necessarium esse rationi, non solum necessitatem empiricam appeteret. Tum enim etiam in se posse aliquid esse necessarium, quod solutum sit ac liberum ab experientia, concederet.

§ 17. De Philosophia prima.

Logicam, Ethicam, Philosophiam naturalem singulas per se cognovimus. Sed Baco omnium scientiarum vinculum existere explicat, Philosophiam primam. „Constituatur una scientia universalis, quae sit mater (philosophiae) reliquarum et habeatur in progressu doctrinarum, tanquam portio viae communis, antequam viae se separent: huic scientiae nulla alia opponitur, fastigia scilicet rerum tantummodo tractanti". De prima parte hujus scientiae dicit: „Volumus, ut designetur aliqua scientia, quae sit receptaculum axiomatum, quae particularium scientiarum non sint propria, sed pluribus earum in commune competant".

(de augm III, 1.). Altera pars de conditionibus adventitiis agit, de notionibus generalissimis et in omnibus scientiis valentibus, quae secundum rerum non secundum sermonis leges inquirendae sint, ut Paucum, Multum, Simile, Diversum, Possibile, Impossibile, Ens, Nonens. Inprimis observemus, quod experientiae filum ne hic quidem deserit. Axiomata enim ea in philosophia prima conferuntur, quae in pluribus disciplinis inveniuntur, eodem modo notiones illae universales rebus aptissime applicantur; inquiri vult Baro; quomodo in ipsis rebus insint, quae leges de earum quasi vita in rebus acta valeant. Exempli causa, qui de Simili et Diverso disserit, explicare debet: „cur quasi perpetuo inter species diversas interponantur participia quaedam quae sunt specici ambiguae, veluti vespertiliones inter aves et quadrupedes, pisces volantes inter aves et pisces etc." Apparet igitur Philosophiam primam experientiae sepem non transilire, unde concludi potest, quod eas, quas antea de singularum scientiarum principiis proposuimus, difficultates non explanet, cum intra experientiae terminos enucleari omnino non possint. Id tantum concedendum est, quod Philosophia prima communi vinculo ceteras amplectens scientias, ut magis universales, sic simpliciores formas producere possit, quam singulae doctrinae, ut Physica, Ethica, Logica. Quae omnia si perpendimus, mirari non possumus, quod Baro dicat (Essays 1612 Spedd VI, 560; Sermones fid XVII): „Atheismus non prorsus convellit dictamina sensus, non Philosophiam affectus naturales, leges, bonae famae desiderium; quae omnia, „ciret religio abesset, morali cuidam virtuti externae conducere possunt." Leges enim Physicae, Logicae, Ethicae existunt, sive in Deo fundatae sunt sive in se ipsis, de quo legum fundamento experientia omnino nihil docet. Qua de causa si de fundamento ipso inquirere volumus, alio inquisitionis principio uti debemus atque experientia et sensibus. Quare ad inspirationem divinam ducimur.

§18. De scriptis Baronis theologicis, quatenus inter se consentiunt.

Priusquam autem explicabimus, quae sit ratio inter theologiam inspiratam et philosophiam, pauca de scriptis Baronis, quatenus de religione agunt, praemittenda videntur. Sed illud monemus, nos nunc non inquirere, utrum in iis, quae de theologia ipsa dicit, differentiae inveniantur nerve; sed cum eatenus tantum de theologiae doctrina dicere possimus, quatenus cum philosophia est conjuncta, primum inquirendum est, utrum in hac re differentiae ostendi possint, inter ea, quae in diversis dicit scriptis.

Inter prima Baronis de religione scripta invenitur opusculum „confession of Faith" quod conscriptum est, priusquam Baro eques auratus factus est, ergo ante diem, quo rex Jacobus diadema accepit, ante aetatem ani 1603. Ea hic omittere non possumus, quae clarissime ostendunt, quomodo naturae inquisitionem in hac confessione non neglexerit. Dicit enim, quatuor esse legem naturae mutationes, quarum tertia sit mutatio legum propter peccatum hominum, quo privatus est homo imperio creaturarum, dei et legis cognitione, quam Baro ut externo jussu a deo homini datam esse semper putavit. Leges naturae autem ab hominis lapsu usque ad ultimam mutationem mundi fixae sunt et immotae. Facile est cognitu, hac sententia Baronem naturae legum inquisitionem sibi reservare (conf. de Parmenidis, Telesii, democriti philosophia Thomas p. 670: „quin et in ipso systemate ingens est lapsus (Telesii) quod tale constituat systema, quod videri possit aeternum nec supponat chaos et mutationes thematismi magni... Tria enim videntur esse dogmata, quae scimus ex fide circa hanc rem... tertio, quod thematismus ille ante praevaricationem fuerit optimus ex iis, quae materia (qualis creata erat) suscipere possit").

Miracula arrepit, sed ea tantum, quae ad hominum salutem a Deo facta sunt, ita ut arbitrario modo leges naturae corrumpi non possint, sed necessitati cuidam superiori cedant. Haec sententia optime consentit cum illa, quod religionem christianam negat esse superstitiosam. His cum doctrinis optime conveniunt preces a Barone conscriptae (Spedd VII, 259. 260; Baroniana p 181) quarum una „temporis partui masculo" (a 1608) praefixa est, ubi dicitur (Spedd II, 527): „ad Deum preces fundimus, ut humani generis aerumnarum memores et peregrinationis istius vitae nostrae, in qua dies malos et pauros terimus, nova adhuc refrigeria e fontibus bonitatis suae ad miserias nostras leniendas aperiant; atque illud insuper, ne humana divinis officiant neve ex recreatione viarum sensus et accensione majore luminis naturalis aliquid incredulitatis et nostis animis nostris erga divina mysteria aboriatur; sed potius ut ab intellectu a phantasiis et vanitate repurgato et divinis oraculis nihilominus subdito .... fidei dentur, quae fidei sunt." Verisimile est, hanc precationem ante 1608 scriptam esse, cum Baro eam ex Anglica lingua in latinam converterit Spedd VII, 259. 260. Baroniana p 181 scripta est linguâ Anglicâ. In secunda oratione invenimus similia verba ac postea (de Augm VIII, 3. 1 homo p 358 Spedd III, 794) (Aphorismi et consilia). Aulalum mutata Novo Org. addita est (Spedd I, 145). Unde apparet, Baronem studere fidem cum scientia conjungere. Meditationes sacrae anno 1597 scriptae plane cum his scriptis consentiunt. Conferas inprimis tractatum de haeresibus et atheismo. Eodem modo Essays anno 1612 editae et sermones fideles 1625 de atheismo et superstitione idem dicunt, quatenus illa ad hanc, de qua loquimur, rationem pertinent (conf. of Church Controversies: the Works of F. Baron Lond 1819 Vol. II. 520). Illud semper negat, fidem christianam esse superstitionem. Valer. Term. multa de religione complectitur dicta, eodem modo

scriptum: „Cogitationes de scientia humana" (ante a. 1605 Spedd III, 180), quae cum ceteris Baronis de ratione inter theologiam et philosophiam sententiis conveniunt. Praeterea complures a Barone conscriptas habemus epistolas quae ostendunt, quid Baro in hac re sibi voluerit (unam ex a. 1620 Baroniana 191. alteras p. 193. 189.). Praeterea de religione Baro paura dixit in Nov. Org., qui liber, cum plane ad naturam investigandam se convertat, prae ceteris hic commemorandus esse videtur; ibi enim de religionis et philosophiae connexione et diremtione verba ferit. Praemittamus Novum Org. et ipsum regi dedicatum esse, ut scriptum „de Augm." Videtur autem nobis optimum, si omnia enumeremus loca, ubi de religione aliquid dicitur, ut appareat, Baronem de ea nihil aliud dicere atque in ceteris scriptis: I, 62. 65. 68, 70, 73, 77, 79, in quo ultimo loco Baro caussas explicat cur naturalis philosophia sit omissa, ubi non theologiae philosophiam naturalem praefert; sed id tantum vult, philosophiam naturalem adhuc omissam et ipsam esse magni aestimandam. Cetera loca sunt: I, 89. 93. 95. 124. II, 15., 52; quae omnia cum iis sententiis, quae editae sunt in scripto „de Augm." nullo modo pugnant. Quod autem in Novo Org. non plura verba de religione fecit, mirum non est, quia Baro in hoc scripto de methodo inveniendi non de religione dicit. Quod vero nihilo serius de religione hic dicat, id certe illud ostendit, eum ne in philosophia naturali quidem religionem rejecisse. Quodsi quis putat, Baronem sibi non constare in hoc libro, naturalem ejus philosophiam non consentire cum religione, is non hanc discordiam inveniat inter Novum Org. et „de Augm." vel alios Baronis libros, sed in Baronis systemate. In Novo enim Org. nil aliud dicitur, nisi, quod in aliis ejus libris. Sed aliam differentiam non possumus omittere, quae intercedit inter Adv. et „de Augm.", de qua re postea. Hic illud tantum commemoremus, differentias doctrinam Baronis ipsam extenus

non attingere, ut inter Adv. et de Augm." differentia inveniatur etiam de ratione, quae inter philosophiam et theologiam intercedat, id quod sic comprobare conamur, ut semper in descriptione Baronis de ratione inter philosophiam et theologiam doctrinae infra loca addamus et ex Adv. et ex aliis scriptis ejus collecta, e quibus elucet, in hac doctrina Baronem sibi constare.

Postea si de iis quaestionibus judicabimus, utrum Baro, quae pronuntiaverit, et ipse crediderit, utrum diversis temporibus diversis studii et amoris religionis gradibus usus sit, utrum, quae crediderit, semper cum libertate dixerit, an dissimulaverit, quin etiam simulaverit, utrum theologiae ejus studium ad scientiam magis quam ad religionem pertinuerit, talia si quaerimus, oportebit, nos etiam de theologia Baronis ipsa pauca addere. Sed nunc de connexione et dirimitione theologiae et philosophiae disputemus.

§ 19.) de theologia inspirata, quatenus supplementum est Philosophiae

„omnis scientia duplicem sortitur informationem, una inspiratur divinitus, altera oritur a sensu" (de augm. III, 1. Adv. Spedd III, 346. Cogitationes III, 184. Baron 189. 191. 193. de augm. III, 17. Principia ergo omnia philosophiae theologia continet Nov Org I, 93. Qua in re inspirata theologia quasi domina est philosophiae, causasque ultimas cognoscit, ita ut philosophia sit ancilla theologiae Nov Org I, 89. Cogit. de scient. hum. Spedd III, 184. Deus omnium fundamentum est et finis et tota philosophia ad Dei nomen exaltandum est inquirenda Val. Term III, ~~477. 351~~ 221. Idcirco theologiam divinitus inspiratam cunctorum laborum ac peregrinationum humanarum sabbathum ac portum nobilissimum appellat (de augm VIII, 3. p. 258) (Advancement Spedd III, 477. 351.) Hic summam naturae legem vere fundatam invenimus

et quia illam cognoscere non possumus, certissimum quasi pignus habemus, quod tota natura una lege vere colligetur. Revelatione enim scimus creavisse deum omnipotentem et sapientem mundum (de Augm. IX, 259, Ado. Spedd III, 478). Atque hoc loco de causis finalibus paucis disseramus.

De causis finalibus.

In naturae inquisitione Baco de fine nihil dicit. Quin etiam explicat (Nov Org I, 48) causas finales plane ex natura hominis potius esse quam universi; causa finalis tantum abesse ut prosit, ut etiam scientias corrumpat, nisi in hominis actionibus. Nov Org II, 2. Sed illud est observandum, quod Baco de inquisitione in physicis verba faciat, ubi vere dici possit, fabricam universi qualis sit, per causas efficientes, formales, materiales multo melius cognosci, si causa finalis praetermittatur, cum tractatio causarum finalium in physicis inquisitionem causarum physicarum expectat et dejiciat, ut silentio praetereantur (de Augm III, 4 p. 92). — Baco enim, quae sunt, ita cognoscit, quomodo per sensus percipiuntur. Sed eorum, quae per inductionem inveniuntur, finem si transgredimur, non habemus, cur causas finales veras esse negemus. Potius Dei sapientia effulget mirabilius, „cum natura aliud agit" (per causarum materialium, efficientium, formalium concatenationem), „providentia aliud elicit" (Ado. Spedd III, 359). „Qua de causa magnopere hallucinantur, quicunque causas finales physicis adversari aut repugnare putent, conspirantibus utrisque causis, nisi quod altera intentionem, altera simplicem consecutionem denotet". Quod Baco vere theologice ascribat causarum finalium in natura inquisitionem, etiam inde apparet, quod dicit: Aristotelem, qui naturae inquisitioni finales causas commiscuerit, naturam pro Deo substituisse, causasque finales potius ut

Logicae quam ut theologiae amatorem amplexum esse, fontem causarum finalium Deum omisisse. Eodem modo causarum finalium inquisitionem „virginem Deo conservatam" appellat. de Augm III, 5. (Ibidem dicit: sterilem esse causarum finalium inquisitionem. Contra Trendelenburg Log. Unters. II p. 40 explicat: „Es ist noch dazu unwahr, daß die Erkenntniß des Zweckes Nichts erzeuge. Wenn der geniale Arzt durch seine Kunst die Hemmung löst, die auf einem Organ lastet, o er ihm die Freiheit wiedergibt, zu welcher es geboren ist, od. wenn der umsichtige Erzieher die Anlagen im Ganzen o Einzelnen ihrer harmonischen Bestimmung entgegenführt, so wirken sie das Große nur aus dem erkannten Zweck o der Zweck erzeugt hier nicht minder als die physische Ursache im Experimente".) Ut autem uno verbo dicamus: ex tota inductionis via excluduntur causae finales; sed si concatenationem rerum Deumque auctorem cognovimus, intelligere quoque possumus, quomodo Deus tota illa concatenatione usus sit ad fines perficiendos. Quae inquisitio cur Metaphysicae attribuatur apparet. Postquam enim formae rerum naturalium cognitae sunt et rerum connexiones, tunc demum in secunda parte Metaphysicae finales causae possunt respici.

Quod si auctorem naturae Deum esse revelatione constat, tamen nullo modo licet, theologiae axiomatibus naturae inquisitionem regi. Inquisitio autem naturae merito donatur religioni tanquam fidissima ancilla, cum potestatem Dei manifestet et sapientiam (Nov Org I, 89). Sed utrum et illud dici possit, cognosci per inquisitionem Dei potentiam, etiamsi nihil de Dei existentia sit revelatum, postea explicabimus. Eodem modo veri fundamentum est Deus, qui suae mentis ideas et veras signaturas atque impressiones fecit in creaturis, ita ut omnes veritatis vinculo conjungantur. Falsum cur sit, Baconem non enodare jam explicavimus. Non aliter principium Ethicae revelatione datur, cum leges morales Dei voluntatem manifestare doceantur.

Quin etiam „dortrina de redemptione" mali extinctionem polliceturq. Qua de causa theologiae munus est „animorum curatio", item dortrina de summo bono; aliud ~~etiam~~ enim est lex communionis, quam antea Philosophiam invenire posse, vidimus, aliud summa beatitudo, quae summum bonum est, quod sine Deo omnino non existit (de Augm VII, 3. 1. Adv. Spedd Vol III, 433. 419. 421). „Illam quoque legem communionis Philosophiae moralis nulla omnibus saeculis philosophia vel secta vel religione vel lege aut disciplina in tantum exaltavit, quantum sancta fides christiana". Unde apparet, philosophiam summam Ethicae legem non plane cognoscere posse, quia theologia solo nos doceat, omnes homines pro fratribus habere, cum omnes Deo utantur patre (de Augm IX. VII, 3. p. 204, 1 p. 188; Medit. sacrae Spedd VII, 235. Cogit. de scient. hum. Spedd II, 186. Serm. fid. Hkonw. p. 1158. Essays 1612. Spedd Vol VI, 545. Val Term. Spedd III, 218). Qua de re mirari non possumus, quod Baro dicat, (de Augm. VII, 3. p. 197): „philosophiam moralem in famulitium theologiae recipi instar ancillae prudentis et pedissequae fidelis, quae ad omnes ejus nutus praesto sit ita ut et ipsa intra suos limites haud paura sana et utilia documenta continere possit." Quae si cogitamus, totam philosophiam fundatam esse in theologia videmus, non quatenus philosophica doceat axiomata, sed quia summa rerum principia non sint philosophiae, sed theologiae. Itaque Baro ipse dicit (de Augm IX): „Si attente rem perpendamus, dignius quiddam est credere quam scire, qualiter nunc scimus. In scientia enim mens humana patitur a sensu, quia rebus materiatis resilit, in fide autem anima patitur ab anima, quae est agens dignius." Val. Term. Spedd III, 218. Adv. Vol III, 478. Videmus igitur in omni scientia hominem pati, quatenus res accipit, quas cognoscit. Sed illa interredit differentia inter cognitionem

per sensus et per inspirationem, quod in Theologia rationi infundantur axiomata universalia, in philosophia a singulis ascendatur ad particularia et generalia.

§ 20.) Theologiam non pugnare cum Philosophia exponitur.

Quodsi in Theologiae primae propositiones firmae sunt, hoc concedi non potest, eas philosophiae axiomatibus esse contrarias. (Quare cum K. Fischer plane non consentimus cum dicat p. 294: Die Offenbarung widerspricht der menschlichen Vernunft, aber nicht dem menschlichen Wohle (nach Baro). Cf. Medit. sacr. Spedd VII, 241: „Voluntas Dei revelatur magis per scripturas; scrutamini, potestas magis per creaturas, contemplamini. Ita asserenda plenitudo potestatis Dei, ne maculemus voluntatem, ita asserenda bonitas voluntatis, ne minuamus potestatem".). — Quamvis enim Baro dicat (de Augm. IX): „quanto mysterium divinum fuerit magis absonum et incredibile, tanto plus in credendo exhibetur honoris Deo, etiam peccatores quo magis conscientia sua gravantur et nihilominus fidem de salute sua in Dei misericordia collocant, eo Deum majore afficiunt honore", tamen respiciendum est, quod Baro, ut peccati cognitionem sit rationis insufficientiae conscientiam nos habere vult. Praeterea, quia majoris pretii esse Theologiae axiomata, putabat, ita ut Deo, qui nos immediate quasi tangit, majorem fidem tribuamus, quam sensibus, illa verba dixit. Sed falsum est, si quis concludat, revelationis axiomata cum Philosophia pugnare. Quod inde apparet, quod dicit: de Augm. VII, 1. Adv. Spedd III, 421; eundem fuisse Deum, qui creaturis leges naturae, hominibus vero legem christianam dedisset, cum et illa lex in natura inveniretur, quae tenderet ad conservationem formae amplioris et quae in caritatis praecepto ad summum auctoritatis fastigium elata esset. Ceterum ne hoc quidem

praetermittendum est, dicere Baronem: differunt certe informationes oraculi et sensus et re et modo insinuandi, sed spiritus humanus unus ejusque arculae et cellae caedem". Quare Baro et Historiam sacram et poësin divinam et philosophiam tanquam perennem" quae constet ex dogmatibus et praeceptis, theologiae ascribit (de Augm II, 1) (descript. Glob. intel. Spedd III, 728). Historiam sacram dividit (Adv Spedd III, 341. de Augm. II, 11) in historiam „ecclesiae" et historiam „ad prophetiam", de ipsa ejusque ~~amplectione~~ adimpletione agentem, et historiam „nemeseos", quae divinam providentiam expliret, cujus historiae usus est „ut animi fidelium confirmentur in fide iisque praebeatur solatium". Quod ad doctrinam de dogmatibus et praeceptis attinet, hic videre possumus, quam rationi conditionem attribuat. dicit ipse (de Augm X, 260; Adv III, 479: „humanae rationis usus in rebus ad religionem spectantibus duplex est, alter in explicatione mysterii, alter in illationibus, quae inde deduruntur". Nullo modo hic inductionis methodus valet, ita ut historia non sit basis theologiae, sed eam tantummodo firmet et rebus gestis approbet. Fundamenta sunt axiomata a Deo inspirata rationi „ad cujus infirmitatem Deus se dimittit, mysteria ita explicando, ut a nobis optime ea possint percipi" (Adv III, 480)". Qua de re opus est „ut animus ad amplitudinem mysteriorum pro modulo suo dilatetur, non mysteria ad angustias animi constringantur"

(haec sententia in Adv. III, 480 nondum invenitur, sed nihil novi addit, cum jam antea dictum sit: „and doth grift his revelations and holy doctrine upon the notions of our reason and applieth his inspirations to open our understanding as the form of the key to the ward of the lock"). Apparet igitur, ratione ipsa Deum uti ad mysteria sua nobis revelanda, ita ut rationi contraria et quae cum illa pugnent,

rationi infundere non possit, sed ea tantum, quae philosophiae fines transgrediantur. Sed et illationes ab axiomatibus inspiratis dedurere rationi licet. Qua de causa apparet, hic syllogismum recte adhiberi, cum universalia axiomata jam firma sint, de quibus per syllogismum concludere possimus. Theologia enim haurire debet ex verbo et oraculo Dei; ita ut primariae propositiones sint „tuthypostatae" nec regantur ab illa ratione, quae propositiones sequentes dedurat, unde sequitur supra, non contra rationem esse theologiae axiomata. (cf Med. sacr. Spedd VII, 241 ubi religio a superstitione divellitur Adv III, 480). Quae si Baro Dei plarita appellans, cum iis legibus humanis confert, quae „auctoritate magis quam ratione nitentes" „plarita mera juris" sint, ea de causa hoc illum facere putamus, quia omnis scientia humana ab auctoritate pendere ei videtur aut sensuum aut Dei. Cum enim in nobis ipsis certum veritatis fundamentum non habeamus, omnino scire non possumus, in se ipsa rem esse veram, sed illud tantum, axioma quoddam aut per sensus aut per Dei auctoritatem datum ut verum arripi debere, ita ut omnis scientia in auctoritate externa sit posita. (Non consentimus cum hoc verbo fischeri p. 322: „die Philosophie weiss nichts von Willkür die Religion nichts von Nothwendigkeit. Sic Philosophiam et theologiam Baro divellere non videtur. Rectius nobis quidem dici videretur, neque religionem, neque philosophiam in se ipsa esse necessariam Baronem putare. Religioni christianae contrariam esse superstitionem, Baro vult. Cf of church Controversies II p. 520. (ed. the works of F. Baron in ten volumes London 1819) they forget... that the word is doubleaged and cutteth on both sides as well the profane transgressions as the superstitious observances.). – Quin etiam hoc addere conor, si cognoscere non possimus, cur sit verum aliquid, in plarito arbitrii fundatum illud esse, facile nos putare. Sed illud concludi non potest, quia e Dei plaritis theologiae axiomata effundi videantur, contraria ea esse philosophiae axiomatibus, cum et in natura ipsa divinae mentis ideae sint explicatae.

§ 21.) De Theologia quatenus divellitur a Philosophia.

Ceterum si quis putet, Baronem, quia in Theologiam syllogismum indurat, descendere a principiis in Deo fundatis ad singulas scientias, is magnopere errat. Nam quae per sensum cognoscuntur nullo modo cognosci possunt nisi per inductionem; ac si quis dicat, causas finales in natura secundum Baronis verba inquiri debere, quae sola inductione inquiri non possint, is cogitet, eum, naturae cognitione acquisita, de finibus naturae inquirere velle, ita ut per haec inductionem ea, quae per sensum dantur, omnino non possint accuratius cognosci. Item Baro Logicam de Theologia deduci posse negat, cum summam Logicae legem inductionem esse negat. Sed aliter res se habere videtur in Ethicis, ubi christiana demum fide revelatum est, quanta sit summa lex caritatis amplitudine et quam universali auctoritate. Qua de causa fines, quibus Ethica philosophica a theologica dirimitur, incerti et vagi esse videntur. Accedit, quod in lege exercenda syllogismus est adhibendus, cum casus, de quo agitur, ut propositio minor legi, ut propositioni majori subjici debeat. Illud quidem est concedendum quod omnia, quae tanquam media sunt ad legem exsequendam Philosophiae, non Theologiae sunt ascribenda ergo ea, quae ad doctrinam „de Georgica animi" pertinent. Ad legem moralem ipsam quod attinet, haec propter cetera intercedit differentia inter Ethicam theologicam et philosophicam, quod lex in philosophicâ disciplinâ videatur, quia existit, perficienda esse, in theologica, quia deus legem praecepit. Qua de causa summam legem Ethicae plenam et universalem Theologiae eum ascribere, vidimus. Quae differentia quamquam invenitur, quod principia universalia sint Theologiae, magis singularia Philosophiae, tamen hic ascensio fit ad magis universalia a Philosophia, descensio

a Theologia ad magis singularia, quae omnia lex complectitur, ita ut Theologiae supplementum sit Ethica philosophica (agendi enim praeceptum frustra datur, nisi exercetur, quam artem legis exercendae doctrina de cultura animi doceat.) Ethicae philosophicae supplementum theologica (vere enim et ethice agi tum demum potest, cum summum praeceptum est cognitum). Sed de ceteris disciplinis philosophicis Baco sic censet: commixtionem Theologiae et Philosophiae producere religionem haereticam et Philosophiam phantasticam (Val Term Spedd III, 219 Nov. Org I, 65. I, 89. Eadem de causa Baco dicit hominem nimio scientiae divinorum mysteriorum desiderio perrevisse: Cogit. de scient. hum. Spedd III, 185. Val. Term III, 217. Confess of Faith VII, 222). Si quis miscat Theologiam cum Philosophia, ita ut Theologiam quaerat in Philosophia, eum quaerere vivos inter mortuos, ac si quis de Theologia derivare velit Philosophiam, eum mortuos quaerere inter vivos. De Augm IX p. 262. Adv. Spedd III, 486.

§ 22 De theologia naturali.

In hac explicatione de theologia inspirata verba ferimus. Sed Baco theologiae inspiratae addit naturalem, quamquam (de Augm II, 1) ubi, quid sit Philosophiae officium, explicat, ne ullo quidem verbo theologiam naturalem commemorat. De Deo per inductionem nihil sciri posse, jam explicavimus, quia Deus experientiâ sensuum inveniri non potest (Kuno Fischer p 278: der baconischen Philosophie fehlen alle Organe der Religion beizukommen. Welchem Experiment, welchen mechanischen Untersuchungen offenbart sich Gott? Erklären kann also die baconische Philosophie die Religion nicht). Attamen Baco, cum duplicem sortiri informationem scientiam dicat, inspiratam divinitus et a sensu ortam, „cui posteriori Theologiam naturalem ascribit „radio refracto per medium inaequale (creaturas scilicet) (Adv Spedd III. 349: And as concerning divine Philosophy or Natural Theology, it is that knowledge or rudiment of knowledge concerning God which may be obtained by the contemplation of his creatures); Deum intelligi explicat. —

„Quod sit Deus, quod rerum habenas tractet, quod summe potens... etiam ex operibus ejus demonstrari et evinci potest. Hujus scientiae limites ad atheismum confutandum et convincendum se extendunt; (cogit. de scient. Spedd Vol. III, 183. Val. Term III, 218. Adv. III, 349). ad religionem autem astruendam non proferuntur. Quam ob rem nec Deus unquam edidit miraculum, quo converteretur atheus quia poterat ipso lumine naturae ad Dei notitiam perduci" (de Augm III, 2). „Certissimum est et experientia comprobatum leves gustus in Philosophia movere fortasse ad atheismum, sed pleniores haustus ad religionem ducere (de Augm I p. 5. Med. sacr. Spedd VII, 240. Cogit de sc. Spedd III, 184. Term fid. XVI). Sed etiamsi „scientiae scintilla tantum sit Dei cognitio" qualis haberi potest per lumen naturae et contemplationem rerum creatarum, tamen ex iis, quae Baco Philosophiae ascribit, omnino abstrahi non potest, Deum vere existere. Est enim rationis officium in Philosophia, ut ab iis, quae experientia dantur, universalia abstrahat, quomodo in rebus ipsis existant. Quare si ab experientia avolat, vera invenire non potest. Quod si ratio ab iis, quae experientia dantur, ad Deum ascendit, experientiae fines transgressa, nihil certi invenit. Objici nobis possit: homines esse, ut caussas finales sibi proponat. Hominem autem naturae partem esse sicut scientia de homine scientiae naturalis ipsius sit portio (de Augm IV, 1). Quare si natura una sit (quod Baco ipse vult) debere existere in illa quoque caussas finales, non solum in hominis voluntate. Quos fines, cum in ipsa natura ultimam caussam habere non possint, in Deo fundari debere (de Augm III, 4). Sed illud respondendum est, experientiâ fines in natura

inveniri, non Deum: et qui causarum finalium auctorem quaerendum esse dicat, eum non probare, Deum existere sed id tantum: experientiam solam omnino non sufficere ad omnes res vere cognoscendas. Quin etiam si quis illud argumentum afferat: experientiam ipsam docere quod religio hominis naturae inzit, „cum contra Atheistas homines maxime ferini cum philosophorum subtilissimis militent" (Serm. fid. XVI): objiciendum est, eo ipso probari, non omnes, quae experientiâ inveniantur in hominibus, cogitationes ex sensuum cognitione abstrahi, cum etiam ferissimi homines, qui Dei ideam inductionis methodo non invenerint tamen religione utantur. Esse igitur immediatam Dei ideam in hominum animis. Quare recte dici potest, ab experientiâ Baronem ad Dei cognitionem nos perducere non posse, nisi innatam quasi Dei ideam habeamus. Illud quidem concedi potest, rationis esse, ut non quiescat, nisi in uno principio, quod est Deus. Sed Baro rationis Officium tam arcto vinculo cum sensuum perceptione conjungit, ut ipsa per se nihil efficere possit, nisi ut praesagio quodam et divinatione praescire possit, debere nobis donari cognitionem Dei sed Deum existere, per se nescit. Neque enim Baroni hanc sententiam ascribere possumus, potentiâ quidem nobis inesse Dei ideam, sed internum intellectus igniculum sensibus solis excitari. Nam intellectui abstrahendi et concludendi tantum facultatem attribuit formalem. Qua de causa Baro sibi non constare videtur cum contemplatione rerum creatarum Dei existentiam cognosci dicat. Quod autem immediatam Dei conscientiam habeamus, indicare Baro videtur, cum dicat:

„Athei magis intra se atheismum asserunt, tanquam rem quam lubentes optarent, quam quod penitus hoc credant et sentiant. Nulla alia re magis convincitur, atheismum labiis tantum insidere, cordi autem minime quam hac, quod athei opinionem suam saepe praedicent et defendant, ac si ipsi sibi diffiderent" (Serm. fid. XVI. p. 1165. Med. sacr. Spedd VII, 240). – Praeterea etiam inde concludi possit, Baronem innatam velle dei ideam, cum animam in creatione non „extractam aut deductam e massa caeli et terrae sed immediate inspiratam a Deo" esse dicat (de Augm. IV, 3 p. 115). Sed addit Baro: eadem de causa, quia anima immediate a Deo sit inspirata, Philosophiam de ejus substantia nil scire. Ne de nobis quidem ipsis immediatam habemus cognitionem, an inspirata Theologia cognoscimus, utrum anima sit nativa, separabilis, mortalis, an adventicia, inseparabilis, immortalis. Quodsi cogitamus, Baronem hominis animae rationem, memoriam, phantasiam ascribere, nescimus, cui facultati immediatam dei cognitionem attribuamus. – Ratio non habet ideas innatas, memoria peculiarem scientiam non producit, phantasia, quae ceteris facultatibus insunt, colligat et internuncia est inter rationem et voluntatem. Unde igitur interna quaedam dei cognitio? Si ad illud recedimus, quod Baro dicit de hominum statu in paradiso, deum hominibus dedisse praeceptum, cui obedirent caeco obsequio, quod Baro sic intelligit ut neget, hominibus conscientiam boni a Deo esse inditam, apparet, de dei praecepto, ergo de dei voluntate nihil nos scire per lumen internum.

Attamen de Dei potentiae cognitione res aliter se habere possit. Peccato dicit hominem lumen rationis naturale amisisse. Ergo habuit. Quare scintilla hujus luminis potest etiam nunc adesse. Sed dicit Baco: radio refracto per creaturas Deum nos cognoscere (Augm. I, 3) in Theologia naturali, ergo non immediatam Dei cognitionem habemus. Attamen hoc certum videtur, si homo per creaturas Deum cognoscit, quod inductione fieri non potest, cognitionem per creaturas positam esse in immediata Dei conscientia. Quare ad primam ~~scientiam~~ sententiam reducti sumus: Baco haec quaestionem accuratius non explicavit. Fortasse in eo, quod commemoravimus (98 Pg) praesagio Dei fundatam esse vult Theologiam naturalem. Quo in principio eam velit positam esse, non explicat. Hoc certum est, non magni eum aestimasse haec scientiam, quod et ex aliis et ex his verbis apparet. (De Augm. III, 2): „in hac Theologia naturali tantum abest, ut defectum aliquem observem, ut excessum potius reperiam. Ad quem subnotandum paulum sum digressus propter maxima incommoda et pericula, quae ex eo tum Religioni tum Philosophiae impendent, utpote qui et religionem haereticam producit et philosophiam phantasticam et superstitiosam." Talia dicit de Theologia naturali, ita ut clareat, cur talem scientiam accuratius excolendam non curaverit. Neque potest putari, in hac, quae scintilla tantum scientiae est, eum potuisse fundare has sententias: mundum esse unum, cum nostro cogitandi modo convenire, ita ut cognitio sit possibilis, Ethicae leges

cum naturae legibus non pugnare, quae omnia ad Deum eum referre vidimus. Certum quidem pignus habet in Theologia, naturae lege suprema Deum operari, quod est necessarium unitatis naturae fundamentum. Theologiae autem naturali hoc munus Baronem ascribere non est verisimile, nam si vere tale ei vellet assignare officium, majorem ei attribueret provinciam quam cognitionem dei negativam ad rejiciendum atheismum. Hac igitur ratione systema ejus cum Revelatione conuertitur; quam sententiam semper retinuit. Semper voluit divinae mentis ideas naturae esse innatas, in Theologia unitatis causam esse inveniendam, quae conjungit naturae et ethicae leges, in summa lege naturae Deum operari. Eatenus vere dici potest Baronis Philosophiam cum Theologia conjungi. Sed utrum Baro accuratiorem fecerit scientiae theologicae inspiratae inquisitionem, utrum his sententiis positis illud egerit, ut eas excoleret, an basi philosophiae naturalis in Theologia posita philosophiae soli operam navarit, theologiam negligens et eo contentus ut certam basin haberet, haec quaestio nunc est tractanda.

§ 23. De scriptis Baronis theologicis prioribus, quatenus religioni Evangelicae favent.

Primum hoc commemoremus, Baronem putare religionem esse scientiam et actionem; peculiare eam habere principium, non explicat. Cognitio in dogmatibus exponitur, actio in Ethicis. Ad doctrinam de dogmatibus et ecclesia si nos tanquam in transitu convertimus, inter scripta priora et posteriora

videtur esse discernendum. Inter priora ejus scripta haec commemoremus: primo loco „confession of Faith"; quod opusculum qui legit, negare non potest, Baronem hic non verba sed res explicare, non in omnibus dogmatibus eum fidem orthodoxam verbis languidis et effeminatis exponere, sed ipsum de hac re non sine studio et amore cogitasse (Rémusat p. 152). Nonnulla, quae magis peculiaria videntur, commemoremus. – Jam vidimus quo modo cum naturali scientia fidem conjungere velit iis, quae de legum naturae mutationibus dicit, Christi mediatoris munus satis profunde comprehendit, omnia ejus miracula esse beneficia vult, quae sententia processus in ejus systemate fundata est; hominem, quamquam peccaverit, per Christum ad majorem statum provehi, quam ubi sit creatus. Nam supra Angelos per Christum hominem esse elatum. Sed de his satis, versamur enim in philosophia. Apparet, Baronem quamquam nullo modo his quaestionibus satisferit, tamen de iis cogitasse. Hac cum confessione consentire complures preces et Meditationes sacras jam diximus. In Adv. de Trinitate peculiarem explicat sententiam (imprimis Spedd. Adv. III, 488–491). Non aliter sub Elisabetha regina librum „of Church Controversies" conscripsit (Works London 1819 p. 517) et 1603 Jacobo regi scriptum: „of the Pacification of the church" dedicavit (cf Pacif. p. 528 . . . . pretending, that the reformation were necessary, yet it were not now seasonable at your Majesty's first entrance: yet Hippocrates saith: si quid moves, a principio move": unde apparet primo tempore Jacobi regni librum „Pacification" scriptum esse), ubi

(p. 524) commemorat, se idem de hac re dixisse sub Elisabetha regina. Ver potest dici, propter regis Jacobi gratiam, cujus principium fuit: „no bishop, no King" Baronem episcopali institutioni favere in scripto „of the parish", cum jam in „church controversies" sub Elisabetha regina idem dixerit, et eodem modo in „confession" dicat: se credere successionem sacram. Ex his duobus scriptis eluret ecclesiae amor et studium, mala vult emendari, episcoporum discordias finiri, sermones ecclesiasticos haberi, qui magis moralia amplectantur, exercitationes in habendis sermonibus, in quibus adsint laici, institui. —
„Nonconformistae" suadet ut ambobus scriptis, ne nimia severitate tractentur, id quod Elisabethae gratissimum esse non poterat, cum per „actum conformitatis" omnibus Elisabetha carcerem minata sit, qui Episcopatum et Liturgiam rejicerent (Dorner: Gesch. d. prot. Theologie p. 474). Eodem modo Jacobus cum Katholicis „Nonconformistis" litigavit illo tempore quo Baco „of Paris" conscripsit (Weber: Weltgesch. II, 157), ita ut regem non adulatus sit consilio illo, ut erga „Nonconformistas" mitius se gereret. (Quae duo scripta Rémusat videtur in animo habuisse, cum dicat: Baron 155. Non seulement dans ses ouvrages (?) mais en divers mémoires adressés à Elisabeth ou à Jacques touchant les dissensions religieuses et les moyens de rétablir la concorde, il n'a exprimé que des opinions modérées et s'est élevé contre toute intervention de la force dans le gouvernement des consciences). Sed Baroni novere non potuit hoc consilium, cum modestas preces pro „Nonconformistis") fuderit, dum ipse Episcopalista regius fuerit. Praeterea et in scripto „of church Controv." p. 511. 513 adversus Catholicos haud levia dicit et in „Paris"

papae adversatus, quorum tum litigabat Jacobus (Herzog Realencyclop. VI, 387. 388. Paris. 532. 533: „fas enim et ab hoste doceri"). Atque quamquam invenimus, postea Baronem, ubi rex cum Catholicis parem agebat, quin etiam iis favebat, erga Catholicos aliter se gerere atque a. 1603, tamen jam hic id anticipandum videtur, scriptum quoddam Baronis, de quo postea dicemus, probare, veram ejus sententiam fuisse hanc, quam anno 1603 et antea explicavit. In scripto „Controv" cum libertate quadam loquitur, cum exempli causa haec proferat p. 515: I demand, if a civil state should receive the preaching of the word and baptism and interdict and exclude the sacrament of the Lords supper, were not men bound upon danger of their souls to draw themselves to congregations, wherein they might celebrate this mystery and not to content themselves with that part of God's worship which the magistrate had authorised?" Illud videtur esse concedendum, Baronem in his scriptis ecclesiae amorem et studium probare. Quod religionem non neglexerit etiam ex accurata scripturae sacrae cognitione, quam ostendit, potest concludi; nam non solum ex illa multa dicta affert in scriptis suis, sed etiam peculiari quodam modo ea interpretatur, ita ut elucet more anglico multa eum in scriptura legisse. Etiam patres ecclesiasticos non ignoravit, prae ceteris Augustinum, e cujus „confessionibus" (XIII, 35. et 36. Ed. Vinet. 1756 Vol. I, 288) precationem (Spedd VII, 259. 260. I, 145. Baroniana 182) magna ex parte sumpsisse videtur. Sed unum opusculum nobis videtur adversari „christian paradoxes", quod H. Ritter hoc priore tempore scriptum esse putat (Gesch. d. christl. Philosoph. VI, 318).

Dubitant nonnulli numa Barone „Paradoxes" sint composita. Spedd (VI, 289) dicit, anno 1643 paradoxa primum esse edita cum Baronis nomine, deinde 1648 ea in „Remains" esse recepta. Sed neque Rawley Baronis familiaris proximus de paradoxis quicquam sciebat neque Tenison (Baroniana ed. 1678). Spedd. putat nullare demonstrari Paradoxa Baronem scripsisse, praeter titulum ea anno 1643, qui falso possit esse praefixus. Sed ne hoc quidem comprobari potest, non a Barone ea esse scripta. Sed quomodocunque haec sese habeant, nobis quidem non videntur paradoxa novi aliquid proferre. Multa eorum nobis in memoriam revocant dicta scripturae sacrae, quae oxymora sunt, alia lusus sunt ingenii plurima non de dogmatibus verba faciunt sed de vita christiana, et si Baro ipse ea conscripsit, maxime videtur verisimile, plurima ab ipso esse enodata. Trinitatem serum purgare explicat (Parad II), de cujus actionibus ipse in Adv. (Spedd III, 488) peculiaria quaedam edixit. Difficile esset probatu, in Paradoxis aliquid acerbi et mordacis adversus fidem christ. dici. E paradoxis eadem eluret cogitatio, quae in Adv. invenitur (Spedd III, 478): „for if we believe only that which is aggreeable to our sense we give consent to the matter and not to the author, which is no more than we would do towards a suspected and discredited witness. but that faith which was accounted to Abraham for rightousness, was of such a point as whereat Sarah laughed who therein was an image of natural reason" (de Augm. Sc. Thomas p. 258). Sed si in his scriptis prioribus studium et amorem religionis invenimus — Paradoxa enim utrum scripserit Baro incertum est, etsi scribendi modus a Barone differre videtur, cum auctor magis ludat, quam vere explicet — tamen postea Baro descriptionem theologiae paulum mutavit, de qua re nunc dicamus. —

§ 24.) De differentia inter priora et posteriora scripta theologica.

Maximae et gravissimae differentiae inveniuntur inter Adv. et de Augm. Primum jam id est observandum, dum in conversione scripti Adv. omnia cetera dilatata esse vidimus, de religione, quae dicuntur, maxime esse abbreviata. Differentiae inter Adv. et de Augm. sunt haec (Shonw. p. 15. de Augm. I, Spedd. III, 282 (Hac in Paragrapho sic dicta Baronis citamus, ut scripto Advancement secundum Spedd. ed., scripto de Augm. sec. Shonw. ed. utamur). In Adv. enim sic dicit: Martin Luther conducted (no doubt) by an higher Providence, but in discourse of reason finding what a province he had undertaken against the Bishop of Rome and the degenerate traditions of the church, and finding his own solitude, being no ways aided by the opinions of his own time, was enforced to awake all antiquity and to call former times to his success to make a party against the present time"... Contra de Augm. nihil dicit nisi: „intemperies ista, in luxuria quadam orationis sita circa Lutheri tempora miris modis invaluit" (III, 288. de Augm. I, 18.). In his locis Baro dicit de historiis ecclesiasticis, quarum nonnullae nimis faciles se praebuerint in prodendis mirabilis a martyribus atque eorum reliquiis, etc. In opere de Augm. autem haec omisit: „which though they had a passage for a time, by the ignorance of the people, the superstitious simplicity of some and the politic toleration of others ..... yet after a period of time, when the mist began to clear up, they grew to be esteemed but as old wives fables, impostures of the clergy, illusions of spirits and badges of antichrist, to the great scandal and detriment of religion". —

Gregorium primum episcopum Romanum in Adv. p. 300 valde vituperavit: „but contrariwise (the emulation and jealousy of Gregory) received the censure of humour, malignity and pusillanimity." Contra de Augm. I. 26 sic dixit: „Neque Gregorii . . . (caetera viri egregii) aemulatio et invidentia . . . in bonam partem accepta est". Eodem modo de Augm. I, 26 omisit, quae contra ecclesiam Rom. dixerat (III, 300) in Adv.: „And we see before your eyes, that in the age of ourselves and our fathers, when it pleased God to call the church of Rome to account for their degenerate manners and ceremonies and sundry doctrines obnoxious and framed to uphold the same abuses, at one and the same time it was ordained by the divine providence that there should attend withal a renovation and new spring of all other knowledges." de Augm. IV, 3 p. 117 Baro dicit de fascinatione, de caeremoniis, characteribus, inventationibus etc. addit autem haec: „Quemadmodum etiam usus imaginum in Religione ad mentes hominum in rerum contemplatione defigendas et devotionem Precantium excitandam invaluit." Sed ad Adv. si respicimus III, 387 hoc dictum esse invenimus, as images are said by the Roman church to fix the cogitations and raise the devotions of them that pray before them." de Augm. VI, 4 Baro Criticam tractat et exemplum affert, ut demonstret, criticis haud raro mosem esse, ubi incidant in quidpiam quod non intelligant, vitium statim in exemplari supponere. Hoc exemplum a Tacito sumpsit. Contra in Adv. hoc commemorat III, 414: „as the Priest that where he found it written of St. Paul: Demissus est

per portam, mended his book and made it demissus est per portam, because sporta was a hard word, and out of his reading; and surely their errors, though they be not so palpable and ridiculous, are yet of the same kind." Conferamus, quid de paedagogica dicat Adv. III, 415-416. de Augm. Liber VI, cap. IV. In Adv. enim Jesuitas omnino non commemorat in ea paragrapho, in qua de educatione verba fecit. Contra „de Augm." eam explicationem sic inscripsit: „consule Scholas Jesuitarum, Nil enim, quod in usum venit, his melius". Alio loco Adv. III, 277 Jesuitas commemoravit: „which excellent part of ancient discipline hath been in some sort revived of late times by the colleges of the Jesuits; of whom, although in regard of their superstition I may say quo meliores, eo deteriores, yet in regard of this and some other points, concerning human learning and moral matters, I may say, as Agesilaus said to his enemy Sharnabazus „talis cum sis, utinam noster esses". In conversione de Augm. I p. 11 vituperationem superstitionis eorum plane omisit et laudem solam retinuit, ita ut homo fidei evangelicae ascriptus Jesuitis dicat „utinam noster esses". Adhaer omnia addendum est, quod semper cum summa diligentia in scripto „de Augm." Elisabetham reginam iis laudibus afficere devitat, quibus eam in Adv. afferit. Conferamus Adv. 306. 307 ubi tota pagina Elisabethae laudem pronunciat, quam in conversione omisit. Non aliter haec verba in Adv. III, 337 in conversione II, 7 p. 54 omisit „and yet her government so masculine as it had greater impression and operation upon the states abroad than it any ways received from theure". Quae omnia si

complectimur, elucet has mutationes omnes ecclesiae Romanae favere, quod eo graviorem Baroni affert vituperationem, si in memoriam revocamus, eundem Baronem in scriptis „of church Controv" et „Pacific. of the church" in ecclesiam rom. valde esse invectum.

Sed de nono libro scripti de Augm. nondum verba ferimus. Has imprimis commemoremus hujus libri mutationes. Si comparamus initium hujus libri, invenimus Baronem de Augm. hoc addidisse: „Verum tamen si eam (Cherl. inspiratam) tractare pergamus, exeundum nobis e navicula rationis humanae et transeundum in ecclesiae navem, quae sola tru nautica divina pollet, ad cursum recte dirigendum. Neque sufficient amplius stellae philosophiae". Eodem modo de interpretatione scripturae sacrae ubi dicit, hoc de Augm. (Thomae p. 2bi) addit: „Neque nunc de auctoritate eas interpretandi loquimur, quae in consensu ecclesiae firmatur." Apparet Baronem tum, cum hoc conscriberet, principium illud fidei evangelicae, scripturam sacram se ipsam interpretari, haud magni aestimasse. In Adv. hoc additamentum nondum invenimus (III, 483), quin etiam in Adv. Scholasticos valde vituperat propter eorum interpretationem scripturae (III, 483. 484). Dicit Scholasticos, latices divinos, qui aquis illis ex fonteis Jacobi in infinitum praestent, sub primum haustum in cisternas recepisse, quae cisternae sit aliud esse videntur nisi traditio ecclesiastica, unde per tubos complures ad usum commode dedusti sint. Qua methodo tria eos voluisse assequi III, 483 „a summary brevity, a compacted strength and a complete perfection" quorum nihil asseruti sint.

„The former sort whereof (Scholasticorum interpretatio Scripturae) though it seems to be the more ready, inquit, yet in my judgment is more subject to corrupt" (p. 483). „And therefore I conclude, that the true use of these Sums and Methods hath place in institutions or introductions preparatory unto knowledge, but in them or by deducement from them to handle the main body and substance of a knowledge, is in all sciences prejudicial and in divinity dangerous" p. 484. Contra in conversione IX, p. 262 enumerat sine ulla vituperatione Scholasticorum methodum interpretationis. At in Paracelsum et Kabbalistas valde invehitur, quod quamquam etiam in Adv. ferit, tamen minus injustum videtur, cum etiam Scholasticos ibi reprehendat. Baronem priori tempore scripturam ut unicum revelationis organum comprobasse apparet etiam e „confession of faith" Spedd VII, 225. et e Meditationibus sacris Spedd VII, 212; ubi hoc dicit: „Contradictiones linguarum ubique occurrunt extra tabernaculum Dei. Quare quorunque te verteris, exitum controversiarum non reperies nisi hunc te receperis. Dices, verum est, nempe in unitatem ecclesiae. Sed adverte: — Erat in tabernaculo arca, et in arca testimonium vel tabulae legis. Quid mihi narras cortices tabernaculi sine nucleo testimonii? Tabernaculum ad custodiendum et tradendum testimonium erat ordinatum. Eodem modo et ecclesiae custodia et traditio per manus scripturarum demandata est, sed anima tabernaculi est testimonium." Contra scripto „Essays civil and moral"

tertiae editioni 1625 tractatum: „de unitate ecclesiae" addidit, qui in editionibus annorum 1597 et 1612 nondum invenitur. Qua in dissertatione talia docet, quae cum „de Augm." conveniunt. Ethnicis dissidia circa Religionem fuisse incognita, quia certam fidem et confessionem non habuerint, neque doctores et patres. Scripturam commune ecclesiae circulum esse non dicit, sed patres commemorat, qui traditionem magna ex parte constituunt. Praeterea pronunciat (Serm. fid. III p. 1142 Schomb.), nihil tam periculosum esse quam haereses et schismata, haec esse maxima ecclesiae scandala, ut quae etiam corruptelas morum superent. Nihil tam ecclesiae nocere, quam si unitas ejus laedatur. Contra in Ad. edit. sacris Spedd. VII, 239. 241 non tanta cum ira in haereses invehitur, neque, quae ecclesiae inferant haeretici detrimenta exponit, sed contra deum eos pervare praedicat. Non aliter in scripto „de Augm." eas omittit quaestiones, quae in Ad. III, 481 proponuntur de finibus revelationis, de ejus sufficientia, quatenus singulae personae et quatenus ecclesia sit inspirata. Sed ne hoc quidem licet negare Baconem non sic traditioni et fidei catholicae in scripto de Augm. favere, ut eam claris verbis doceat, commendat enim emanationes scripturarum (de Augm. IX, p. 263) quae tractent ea quae ex „scriptis leniter expressis" emanent nec ad controversias aut locos communes trahant." Vult ergo „liberam et solutam interpretationem scripturarum" quam scholastici rejecerant. Omittit autem, ut ceteras

inter Adv. et scriptum de Augm. differentias addamus, exemplum, quod in Adv. attulerat. Commendaverat enim (Spedd III, 488) sermonum ecclesiasticorum in Anglia per quadraginta annos ultimos habitorum collectionem de qua dicit: „it had been the best work in divinity which had been written since the apostles times" Quae verba Baronem regis causa non omisisse apparet, qui theologorum Britannicorum laudem non rejiciebat. Praeterea totam de fidei materia explicationem omisit, in qua nihil nisi divisiones proposuit, quae nec Romae essent rejectae nec regi adversabantur, sed ei ut viro doctissimo placere debebant. Quin etiam adulationem, quam regi ipsi fecerat omisit: regem vere dicere, Idolatriae verticem esse artem magicam, id quod gravius videtur, si cogitamus regem ipsum „daemonologiam sive dialogum de artibus magicis" (circa a. 1592) conscripsisse, quaeres ei videbatur maximi esse momenti (Herzog Realenc. VI, 385).

§ 25.) De causis differentiarum inter priora et posteriora scripta Theologica.

Quodsi quaerimus, cur Baro has mutationes fecerit, primo hoc occurrit. Scimus Baronem conversionem scripti Adv. voluisse tanquam primam partem Instaurationis Magnae edere. Sed Instauratio de naturali tantum philosophia agit. Quare opus esse videbatur, ut Theologia abbreviaretur. Non potuit eam plane omittere, quia id et regi et omnibus, qui religioni favebant, displicuisset. Ex hoc Baronis consilio apparet, cur de materia theologiae nihil dixerit et de ceteris minus diffuse verba fecerit.

Sed cur Baco omnia summa diligentia evitaverit, quae ecclesiae Rom. adversabantur, sic enodare non possumus.

Baco ea de causa Adv. in linguam lat. convertit, quod ut etiam in externis regnis legeretur, praesertim in Italia, ubi tum philosophia naturalis maxime florebat. Sed in Italia Pontifex Romanus habebat indicem expurgatorium, ita ut Baco omnia deberet evitare, quae contra ecclesiam Rom. dixerat. Nunc scimus cur laudem Elisabethae et sermonum Anglicorum omiserit, cur ecclesiae autoritatem magis veneratus sit, cur de traditione ecclesiastica doctrinae propensior fuerit. Causae igitur mutationum videntur esse eae, quod de Augm. opus prima pars philosophiae naturalis factum est et quod hoc opus in Italia legi Baco voluit. Sed quid ex hac re eluceret? Illud, quod Baco scientiis naturalibus magis faverit quam religioni, cum opus de Augm. conscriberet, ita ut religionem scientiis naturalibus subjiceret. Ac si nil fecisset nisi ut, quae adversus Romam dixerat, omitteret, ignoscere aliquis posset hoc ejus naturalis philosophiae studio, praesertim si in aliis scriptis Protestantismum juvisset. Sed jam vidimus, eum ad doctrinam de traditione inclinasse et ecclesiae summos honores attribuisse. Eodem modo in aliis quoque scriptis quae non de naturali philos. agebant, idem fecit. Ergo ne ex his quidem, quae jam enumeravimus, causis solis apparet, cur etiam in aliis scriptis ecclesiae Rom. se appropinquaverit. Accedit, quod hae Baconis mutationes non excusantur, sed ingravescunt eo facto, quod eodem tempore, quo

haec mutavit, Protestantismus in Germania opprimi videbatur, ubi eo magis opus erat, ut auxilium ferrent Angli, quia Jacobi regis gener Fridericus comes Palatinus et Bohemiae rex regno erat dejectus, dum senatus Anglicus regem magnopere monuit, ut Germanis fidei Evangelicae fratribus auxilium ferret. Quod tali tempore Baro, qui secundum fidei Confessionem quam ipse priore tempore conscripserat fidei Evang. addictus esse videbatur, ad ecclesiam Rom. se inclinaverit, hoc ostendit, quanti tum religionem aestimarit. Sed constat, regem Jacobum senatui, qui eum impensis precibus fatigaverat, ut omnibus viribus Protestantismo Germanico auxilium ferret, respondisse (ibi) ne se immisceret rebus, quae intelligentiam senatus superarent. (Herzog a. o. o VI, 387. Weber Weltgesch. II, 159). — Quare haud ineptum videtur, ut inquiramus, num Baro praeter eas quas jam enumeravimus mutationum causas eam quoque habuerit, ut cum Papa Angliae, cum rege consentiret. Hoc objici non potest, Baronem cum de Augm scripserit, jam non fuisse Cancellarium, ergo non utile ei fuisse regem adulari, nam qui literas legerit, quas tunc regi scripsit (Baroniana 45–52) jam non dicet, Baroni non opus fuisse, ut rex ei faveret. Nam aes alienum Baro contraxerat, quod regem sibi solvere voluit, ita ut appareat, cur id egerit, ut cum rege consentiret. Regem autem illo tempore Catholicis favisse constat (Herzog VI, 388). Filium enim suum Carolum feminam principem Hispaniensem in matrimonium ducere voluit, de qua re per multos

annos cum Hispanis agebat. Baronem autem, dum erat Cancellarius, scimus regi certum consilium dare non ausum esse, quod illius voluntati adversari putabat, quamquam intelligebat, matrimonium illud rei publicae nocere. (cfr. Histoire de la vie et des ouvrages de franç. Baron chez Adriens Moetjens 1742 p. 88. 89 „Quoique Baron vit très bien la vanité d'un pareil dessein et les suites dangereuses qu'il pouvait avoir, il n'avait pas assez de courage pour parler com̄ il aurait dû. Il se contenta d'insinuer mollement au roi, qu'il lui semblait nécessaire en cette occasion, d'avoir le suffrage unanime du Conseil, quelsque pussent être leurs sentimens particuliers. Un semblable Conseil n'était pas capable de faire ouvrir les yeux à Jacques). Eodem modo constat regem „Puritanos" et Presbyterianos magnopere odisse. Presbyterium, dixit, sic consentire cum Monarchia ut diabolum cum Deo. (Jam in primo sermone coram senatu Anglico 1603 rex dixerat: „eine mit ihrer verwirrten Verfassungsform und Gleichheit in jedem wohlregierten Staate unleidliche Sekte) die Presbyterianer in Schottland. In Scotia 1592 (Dorner: Gesch. d. Theol. p. 475) institutiones presbyterianas comprobaverat. Ann̄o 1603 ergo rex antipitem et ambiguum se gerebat, alium in Scotia, alium in Anglia se praestitit. Qua cum re consentit, quod Baro illo tempore dixit (Pacific. 529):

„I for my part do confess, that in revolving the scriptures I could never find any such thing: but that God had left the like to the church government, as he had done to the civil government to be varied according to time and place and accidents which nevertheless his high and divine providence doth order and dispose. For all civil governments are restrained from God unto the general grounds of justice and manners, but the policies and forms of them are left free, so that monarchies and kingdoms, senates and seignories popular states and com̄unalties, are lawful and where they are planted ought to be maintained inviolate".

Sed postea parvus in Scotia „Courts of High Com̄ission" tribunal ecclesiasticum praesidibus Archiepiscopis instituit, quod

Presbyterianos quaestionibus de fide habitis persequeretur. Anno 1617 Scotiae senatum coëgit decernere: ut, quodcunque rex cum episcoporum consilio et numero pontificum apto de externo ecclesiae ordine decerneret, id legis vim haberet." Sic ecclesiam Scotiam oppressit Presbyterianorum. Quare mirum non est, quod Baro postea (Serm. fid. III) talia dixit, quae cum regis voluntate consentirent). Jam vidimus Baronem tractatum de eccl. unitate libro „Essays" addidisse, ubi haec dicit: Conscientiis vim inferri non licere, gladium Muhametis esse rejiciendum. Sed haec verba jam non ad Papistas refert, quos ut rex mitius tractaret precatus erat — hoc enim opus non erat illo tempore, cum rex Senatum impelleret, ut poenas abrogaret, quas Catholici dare lege cogebantur Weber Weltgest. II, 158. — sed pronunciat: exceptum esse casum scandali aperti et insolentis Blasphemiae et machinationis adversus statum civilem, maximum autem periculum esse quod „gladius in manus populi tradatur" (Serm. fid. Thomae III, 1144). Addit, hoc monstri simile esse: tibi habeant hoc Anabaptistae et hujusmodi „furiae". Suspicari quis possit, „furias hujusmodi" fuisse Presbyterianos, a quibus rex abhorruit. Eodem modo anno 1612 scripto „Essays" addidit tractatum, quem sic concludit (Spedd VI, 553) „All precepts concerning kings are in effect comprehended in those two remembrances. Memento quod es homo, and memento quod es Deus seu vice Dei: the one to bridle their power and the other their will." Idem dicit Serm. fid. XIX. Prae ceteris observandum est, quomodo discernat regum „will" ab eodem power", id quod semper in explicationibus de Deo facit. Qua cum sententia optime consentiunt, quae rex de se ipso in sermone pro Senatu habito anno 1609 dicit: „Quemadmodum apud theologos blasphemia est,

quid Deus possit, inquirere, licet autem vestigare, quid velit, ita quid rex suprema potestatis suae vi possit facere, nemo subditus, nisi seditiosus inquirat, at justi regis est, si divinam iram vitare cupiat, notam facere populo, voluntatem suam. de Augm VII, 2, p 195. Illud videtur recte judicari, Baronem cum rege consentire volentem erga Catholicos propensiorem se ostendisse quam antea. Sed aliud quoddam videtur esse addendum.

Supra commemoravimus, Baronem de Elisabetha nil dixisse in scripto de Augm: Quodsi rex Jacobus cum Hispanis de filii matrimonio agebat, non est verisimile, eum lubenter audivisse Elisabethae victoriam de Hispaniis reportatam, cum hujus rei commemoratio vetus inter Angliam et Hispaniam odium excitavisset, et si Catholicis favebat, eodem modo Elisabethae laudem vix auribus secundis audivit quod fidem evangelicam sit tuita enixis viribus quam Jacobus omni modo negligebat. Ab altera parte certum est, Baronem perinde ac si eum poenituisset, quod Elisabetham sic neglexerit, ut descripsimus, opus „In felicem memoriam Elisabethae" quod non ipse edidit, post mortem suam edi curavisse. (Baroniana 204) dicit in „his last Will: In particular, I wish the Elegie, which I writ in felicem Memoriam Elis. may be published." In hoc scripto Baro Elisabetham maxime laudavit, inprimis severitatem ejus in Catholicos defendit, cum justae fuerint poenae iis illatae fidei tutelam laudibus maximis effert (Spedd VI, 298–301) et verbi Dei ad priscam gravitatem restitutionem. ibi laude dignum Baroni videtur „quod religionem pontificiam

regno sororis auctoritate publica et multa cura impense stabilitam et altas jam radices agentem atque omnium, qui in magistratibus et cum potestate erant, consensu et studio firmatam, tamen quandoquidem ner verbo Dei ner primitivae puritati ner conscientiae suae consentanea esset, maximo animo et paucissimis adjumentis convulsit et abrogavit." Talia Jacobo regi vivus post annum 1608 vix dixerit, qui (post 1608) Romanam ecclesiam matrem filiae Anglicae tam propinquam esse putabat, ut unio possit sperari (Herzog VI, 388). Sed tum, ubi illud conscripsit, nocere ei opusculum non potuit, quia anno 1608 rex cum Pontifice Romano litigabat. Tum rex edidit scriptum „Apologia pro juramento fidelitatis." Postea Baroni non videtur utile fuisse hoc opusculum edere. Neque enim ita multo post annum 1608 Jacobus filium Henricum cum Anna principe Hispaniensi femina sponsalibus conjunxit, qui anno 1612 mortuus est. Quare si scimus, Baronem in scripto de Augm. de Elisabetha tiluisse, nihilominus autem voluisse, ut post mortem suam scriptum de ejus laude ederetur, (Spedd VI, 284. Rawley dicit anno 1657: „This work his Lordship so much affected that he had ordained by his last will and testament to have had it published many years since) haud procul abest suspicio,

Baronem veram de Elisabetha sententiam dissimulasse in scripto „de Augm." Magis enim est verisimile Baronem in eo scripto, quod non edidit, quid vere sentiat, dixisse, quam in eo, quod edidit. Ne quid nimis longa explicatio omittat, hoc unum addamus, Baronem anno 1625

Psalmos modo metrico in linguam Anglicam convertisse suo studio et amore. Neque enim dici potest propter regis adulationem hoc eum fecisse. — Verum quidem est, Jacobum anno 1601 longa quadam oratione vitia metrica conversionis Psalmorum ecclesiasticae redarguisse, quin etiam novam conversionem metricam annunciasse Herzog VI, 382. Sed Baronis conversio anno demum 1625 facta est. Neque regi hoc opusculum dedicavit, cui alios libros de Augm. et Novum Organum despondit, sed Georgio Herbert quem Adv. convertisse scimus (Spedd I, 420). — Qua de causa Baro non omne religionis studium amisisse putandus est, quamquam ex hac re nil aliud concludi potest nisi quod religionem generatim et omnino non neglexerit, sed certam religionem eum cum studio amplexum esse, hac re sola comprobari non potest, praesertim cum Psalmi in Britannia praecipua fruantur auctoritate.

§ 26. Quid de Baronis religiositate putandum sit, comprehenditur. —

Quare ut omnia complectamur, hoc videtur esse dicendum: Baro priore tempore cum amore et studio fidem evangelicam videtur esse amplexus. Postea, ubi res non ita sese habebant, ut cum fide ejus consentirent, Baro non solum fidem suam in se ipso retinuit, sed alii quoque fidei sese accommodavit, quam maxime et philosophiae suae naturali et sibi ipsi usui fore putavit. Hoc tempore religionis studium valde relaxavit. Ultimis rursus vitae

annis eam majori pretio habuit, id quod e psalmorum conversione apparet. Baronis mores semper tales fuerunt, ut, quamdiu id quod ei bonum esse videbatur sine ullo suo periculo et dicere et facere poterat, tamdiu honestum et pronuntiaverit et enervuerit. Sed si res ita sese habebant, ut eligere deberet inter ea, quae bona et ea, quae ipsi utilia essent, bonum animo abjecto utili posthabebat, si minimum ei imminebat periculum. Sed illud dici non potest ea, quae bona dixerit, eum simulasse. Eodem modo fidem evangelicam, quatenus nil ei nocebat, defendit, sin periculum a fide servanda imminebat, eam deseruit.

§ 27. Judicium de Baronis religiositate diversis rebus affirmatur.

a.) nonnulla ex ejus scriptis, quae minoris sint momenti, afferuntur.—

Idem quod dixi fortasse alibi potest observari. Etenim Spedd III, 336. de Augm. II, 7 dicit: Non possum non apud Majestatem tuam conqueri de Historiae Angliae quae nunc habetur, vilitate et indignitate.... nec non Historiae Scotiae iniquitate et obliquitate, quatenus ad autorem ejus reverentissimum et uberrimum." Hoc loco significatur liber regis: Basilicon Doron" quem filio suo Henrico Jacobus conscripsit, in quo Angliae et Scotiae historiae autor Buchanan valde vituperatur, quia Mariam Stuart, Scotiae reginam nimis reprehenderat. Quamquam in Adv. Catholicos saepissime Baro aggreditur, tamen Mariam Catholicam fuitus est; fuit enim mater regis. Tamen huic hypothesi nolumus dare nimiam fidem. Nam hoc observandum est, Baronem ne in scripto quidem „in felicem Memoriam Elisabethae" Mariam Stuart

ullo modo commemorare nisi hoc loco (VI, 295): „Non paurae enim contra vitam ejus conspirationes factae, felicissime et patefactae et disturbatae sunt" quibus verbis etiam Mariae conjuratio potest significari. Sed dum in eodem opere severitatem, qua contra Catholicos Elisabetha inverta est, justificare studet, Mariae supplicium omittit, ita ut Baro ipse cum hac Elisabethae crudelitate non videatur consensisse. Neque absonum est putare, Mariae misericordiam eum tenuisse.

Baronem regi placere nimis voluisse fortasse et ex locis quibusdam „Serm. fidelium" conjici possit. Invenimus enim Baronem ad „Essays" addidisse 1625 tractatum de simulatione et dissimulatione, quem sic concludit: „optimum fuerit temperamentum, si quis veracitatis famam obtineat taciturnitatis habitum, dissimulationis usum tempestivum et facultatem simulationis, ubi opus fuerit". Quae verba nobis regis illud principium in memoriam revocant: qui nescit dissimulare, nescit regnare, praesertim cum Baro in illo tractatu semper politica respiciat. Eodem modo tractatum de pulchritudine jam editioni anni 1612 adjecit, cum primum Jacobo regnante Essays edidit; constat autem Jacobum pulchris hominibus valde favisse ut duci Somerset (histoire de F. Baron p. 64 „C'était sans doute un spectacle aussi nouveau que ridicule, de voir le Souverain de trois Royaumes occupé journellement à instruire dans les prémiers élemens de la grammaire un homme, qui devait incontinent après gouverner lui-même tous ces royaumes"), quem rex ipse doruit. Eodem modo Villiers duris a Buckingham pulchritudinem rex amavit (histoire p. 68). Si Baro de pulchritudine ipsa diceret aut de hominum pulchritudine, hoc nemini mirum videretur. Sed de virorum pulchritudine verba facit, atque inter eos solos politicos ut exempla pulchritudinis commemorat, ut Caesarem, Vespasianum,

Philippum pulchrum, Eduardum et Alcibiadem, alios. Sed de his pusillis et minutis rebus satis.

b.) Compluribus Baronis actionibus idem affirmatur.

Tales fuisse mores Baronis, quales nos eos fuisse antea explicavimus, maxime eluret e compluribus factis, quae addenda putavimus.

Quomodo Baro contra Essex comitem se gesserit, constat. Baronem Essex permagnis affecerat beneficiis, eum ad Magni Procuratoris magistratum evexerat, ex obaeratorum carcere quo propter trecentas libras quas aurifici debebat e publico ductus erat liberaverat, praedium ei donaverat. Quare hoc nemo infitiari potest, Baronem gratias ei debuisse. Sed etiam illud concedendum est, Baronem ut jurisconsultum reginae Essex damnare debuisse, cum contra reginam conjurationem fecisset (histoire p. 37). Baro si judex erat, justus esse debebat sive amicum sive inimicum judicabat. Hoc Spedding recte dicere concedimus (I, 6 Corol). Nec cum Maraulay possumus consentire, si dicit p. 40: „Einem hochsinnigen Mann würden Reichthum, Macht, Hofgunst, selbst persoenliche Sicherheit als im Gegensatz gegen Freundschaft, Dankbarkeit und Ehre nicht in Betracht zu ziehen erschienen sein .... er würde alle Kraefte seines Geistes angewandt haben, den Ruhm seines hochherzigen wenn auch fehlenden Freundes vor Beschimpfung zu wahren!" Dubito an Essex dignus videatur, qui „hochsinnig" nominetur et amicitiae, si scelus commisit, ab amico non potest a poena liberari. Justitia nunquam laedi potest propter amicitiam. Sed hoc concedamus — et in hac re Spedding errare putamus — postquam Baro justitiae satisferit, debebat amici officia perficere. Hoc quidem Maraulay et ipse enarrat, Baronem

magnorum studio id egisse ut priusquam Essex conjurationem fecerat in gratiam reginae reciperetur. Sed postquam Essex damnatus est, potuit Baro a regina petere ut vitae ejus parceretur. Certe autem id Baronis erat officium, ne Essex ultra necessitatem accusaret ejusque crimen quam gravissimum redderet. Sed id ipsum Baronem fecisse Macaulay (p. 48) explicat, quamquam neque Spedding neque autor scripti „histoire de Baron" concedunt, nimia in illum severitate Baronem esse invectum. Contra in eo omnes praeter Spedding et Montagu consentiunt, Baronem defensionem causae ipsam scribere non debuisse, in qua nomen comitis Essex dehonestavit (cf pag 2). Qua re liquet, metus causa eum ingratum ~~esse~~ sese ostendisse. Timuit enim, ne Elisabetha ei adversaretur, nisi defensionem illam conscriberet. Hoc de Baronis timiditate et ignavia judicium prae ceteris excusationibus ejus confirmatur, cum diceret (Mac. 42), se omnia jussu scripsisse, se nihil in hoc opere defensionis fecisse nisi ordinem et modum scribendi. Homo enim honestus et moribus firmis praeditus non scribit jussu, quaerunque ei dictantur. Hic accedit quod Baro comitis Essex sceleris affini viro, Southampton, cum sub Jacobo rege e carcere liberaretur, cum aliis adulationibus tum sic est gratulatus (Mac. 55) „Gleichwohl ist es so wahr, als Gott weiss, dass dieser grosse Wechsel in mir keinen anderen Wechsel in Bezug auf Ew. Lordschaft hervorgebracht hat, als dass ich jetzt mit Sicherheit gegen Sie sein kann, was ich schon vorher in Wahrheit war."

Aliud afferamus infirmitatis Baronis morum exemplum. Circa an. 1612 Baro contra pontificem Peacham causam egit, qui proditionis accusatus erat

propter sermonem, qui in ejus scriptis inventus erat. Maraulay describit, quomodo Baro in eum sit invectus, cum ne torturam quidem omiserit, dum nemo aliorum judicum hoc facere vellet. Quodsi rogitamus, eodem tempore Baronem leges angliae emendare studuisse, ob totius rei publicae salutis curam singulorum salutem cum plane oblitum esse putaremus. Vera Baronis causa, cur haec fecerit, fuit haec quod si rex aut ejus familiares aliquid volebant lex ei jam non videbatur lex esse, sed regis voluntas. Illud quidem nobis non videtur verisimile Baronem ipsum non putasse se bonas leges edicere. Sed veri et boni gravitatem non ita defendere ausus est, ut se ipsum pro veri et boni idea sponsorem redderet. Quanti Cancellarii munus aestimarit, potest perspici ex indigna adulatione, qua durem de Burkingham veneratus est, quam tum maxime prae se tulit, postquam duci paulum adversatus esset propter fratris ejus matrimonium cum filia Coki (Hist 91 Mar. 77-80). Narratur enim, Cancellarium Angliae ad duris Burkingham pedes sese dejecisse, ut veniam arriperet neque unquam auxum esse quicquam contra duris voluntatem perficere. Baro a corruptelis liber fuisse dici non potest, id quod ne Spedd. quidem negat. (I, 8. 9), qui putat secundum legem Baronem corruptelae noxium fuisse, quia dona arreperit, sed aliter sese rem habere, si quaeramus, utrum inhonestum hac re Baro se gesserit. Sed eae, quas Spedding enumerat (Spedd I, 8 et 9. To judge of the moral criminality, we should know... to what extent the practice was prevalent at the time, for it is a rare virtue in a man to resist temptations to which all his neighbours yield. Mar. 93-99 demonstravit, illo tempore homines optime scivisse, corruptionem esse rem inhonestam. Praeterea Spedd. putat opus esse, ut sciatur: „how far it was tolerated (corruptio) – for a practice

may be universally condemned and yet universally tolerated, people may be known to be guilty of it and yet received in society all the same: how it stood with regard to other abuses prevailing at the same time — for it is hard to reform all at once, and it is one thing for a man to leave a single abuse unreformed, while he is labouring to remove or resist greater ones, and another thing to introduce it anew, or to leave all as is was, making no effort to remove any". Baro non solum „a single abuse unreformed" reliquit, sed ipse abusum in usum suum adhibuit. Spedd. libro suo addidit: „Letters and life of Francis Baron". Sed hoc opus ultra mortem comitis Essex nondum produxit, ita ut defensionem ipsam adhuc exspectemus) justificationis causas vix arripi possunt. Neque est verisimile Baronem qui vitam splendidissimam agebat et aes alienum non vitabat, nimis arcuratum fuisse in rebus ad pecuniam pertinentibus. (cf p. 2) Eodem modo constat (Mar. 73. 74. Hist 109–115) diplomata eum et monopolia non ex optima conscientia distribuisse. Sigillum enim Magnum plane duci de Buckingham ejusque matri subjecit (histoire p. 110). Metus et timor Baroni erant proprii, ea de causa nihil iis adversatus est, quibus multo meliorem officiorum cognitionem habebat. Utrum Baro a senatu anglico nimis severe multatus est (Hist. 122) nerne (Mar. 101) haec quaestio nobis est minoris ponderis. Volumus enim his factis illud approbare, Baronem nimis infirmis moribus fuisse ita ut quod optimum esse putavit exsequi non ausus est, si id utilitati contrarium esse videbatur. Constantia non erat Baronis virtus. Talem se etiam in religione praebuit praesertim cum fides ejus in externa auctoritate esset posita, ita ut magis dogmatibus externis se subjiceret, quam fidem corde teneret ut principium vitae internum. Sed religiosum animum eum simulasse non est verisimile

quamquam diversis temporibus diverso studio eum religionem amplexum esse vidimus.

Ceterum, ut ad initium expositionis nostrae revertamur illud constat, Baronem religionem ut systematis basin arrepisse in omnibus scriptis.

§28. Judicium de ratione quam Baro inter Philosophiam et Theologiam interredere doret.

Baronis doctrina de ratione inter Philosophiam et Theol. interredente non sufficit. Vidimus supra revelationis officium in ejus systemate illud esse, ut rationi quasi pignus det, non frustra intellectum ad universalia ascendere conari; revelatione enim scimus legem universalem existere (Parmenides Telesii ctr. Thomas. p. 670: Tria enim videntur esse dogmata, quae scimus ex fide circa haec rem. Primo, quod materia creata sit ex nihilo, secundo, quod eductio systematis fuerit per verbum Omnipotentiae neque quod materia se ipsa eduxerit e chao in Thematismum illum ante praevaricationem, tertio quod Thematismus ille fuerit optimus ex iis, quae Materia suscipere posset).

Hoc ut sciat intellectus necessarium est, cum totum abstractionis opus sterile sit, nisi lex existit universalis, quae omnia complectatur. Sed aliquis dixerit, supervacaneum esse, quod sciat intellectus, legem illam existere. Nam necessario modo sic intellectum paulatim ascendere ad magis universalia, ut ne ullo quidem tempore certo magis universalia curet quam ea, quae eodem tempore necessario inductionis processu assecutus sit. Sed haec sententia Baronis ipsius systemate refutatur, cum Metaphysicam, primam Philosophiam, summam legem naturae adumbrasse eum viderimus, etsi ipse dixit se ultra axiomata media Philosophiam producere non posse. Quare hoc fixum est, Baronem putare revelationem esse necessarium intellectus complementum.

Sed hoc quaerimus: Potestne intellectus ex se de ea re judicare, utrum revelatio vera sit necne? Baro hoc negat. Vult enim, „Deo revelationis auctori nos assentiri, non rebus quae nostrae rationi sint consentaneae" de Augm. IX, p. 258. Quae si ita sunt, quid pretii habet revelatio, quatenus pignus est existentiae legis maxime universalis? Baro enim voluit hanc veritatem intellectus esse complementum et studio intellectus ad universalia ascendentis eam certitudinem dare, quod non frustra laboret. Quodsi id cognoscere non possum, veritate, externa revelatione datâ complementum intellectui praeberi, haec veritas ipsa videtur sterilissimus. Sed si illud cognosco hanc veritatem respondere intellectui, jam non dici potest, hanc veritatem eâ solâ causâ credi debere, quia auctoritate revelationis divina confirmata sit. Accedit, quod scientia legis maxime universalis etiam nos ipsos comprehendat, quatenus nos illi legi subjecti sumus, de qua re jam antea diximus. Quare si cognoscimus, legis illius existentiae revelationem complementum intellectui dare et illud clarissime perspicimus, hanc veritatem revelatam essentiae intellectus non solum respondere sed propriam esse. Sed hoc Baro omisit, quia legem universalem ut nostram nos scire debere non vidit, de qua re jam antea diximus, sed id sufficere putavit, si externum pignus haberemus, universalia vere existere, ut hac basi posita nil aliud curantes inductionem perficere possemus. Quare si Baro eam sententiam omisisset, sola inductione intellectum ad universalia ascendere (quam arripi non posse jam antea nos demonstrasse putamus)

tum illius systemati, quod scientiam naturalem amplectitur, revelatio esset supervaranea. Nam si illud concessisset, legem maxime universalem propriam esse intellectui ipsi, non revelationem solum pignus esse, quo confirmetur abstractionem non vanam esse, tum revelatione ei non opus fuisset ut basi inquisitionis naturae. Sed quia in sola inductione spem unam esse putabat, revelatione ut inductionis fundamento indigere se putabat.

§ 29. De factigio systematis.

Sed ad factigium systematis si ascendimus, duplicem invenimus scientiam: ex sensu orientem et ex inspiratione, quarum uni singula dantur, alteri principia universalia, ita ut quae singula cognoscit alteram pro fundamento habeat et quae principia intelligat mundi principia amplectatur, ita ut, nisi mundus esset, maxima ex parte non existeret; exempli causa doctrinae de redemptione, amore, creatione aut hominem esse ponunt aut mundus cum existat, exponunt. Omnes res quae extra intellectum existunt, in illo reflectuntur aut per sensus arreptae aut per inspirationem. Sic omnia, quae de scientiis Baco pronunciat, hac continentur sententia, omnes res refringi in intellectu, qui aut abstractione et digestione rerum sensibus datarum aut syllogismo mysteria divina explicante acquirit ~~sententiam~~ scientiam. Haec sententiam arripi non posse, vidimus.

C. De Tempore Baronis.

§ 30. de ratione, quae intercedit inter Baronem et alios illius temporis philosophos.

Systema Baronis postquam pro viribus explicavimus, per paura de tempore Baronis addamus. Quae tum maxime vigebant philosophiae, fuerunt hae: Philologi, Theosophi et Platonici, Aristotelici, Telesius, Sceptici.

a.) de Philologis.—

Ad philologos quod attinet hoc commemorandum videtur: principium eorum fuit intellectus linguam conformans. Vulgarem appetunt philosophiam, quae vitae communis commodis serviat; praeterea cum Rhetoricam summi pretii putent, exercitationem loquendi prae ceteris commendant. Huic philosophiae Baro non favebat, saepissime verborum nimiam curam vituperat exempli causa (de Augm. I, p. 15 Lhonn.): „quid enim aliud sunt verba quam imagines rerum, ut nisi rationum vigore animata sint, adamare illa idem sit ac statuam deperire". Baro dirimit popularem sermonem a suo, idola fori e verborum insufficientia deducit. Vulgarem rationem, quae linguam conformat, accuratius esse examinandam, quia non sit totius philosophiae fundamentum. Grammaticam et Rhetoricam, quam prae ceteris Nizolius a dialectica non differre putabat, Baro a logica et dialectica dirimit, cum diversam esse a ratione linguam putet, ita ut non rationis leges e linguarum legibus possint abstrahi. Vult enim grammaticam „quae non analogiam verborum

ad invicem sed analogiam inter verba et res sive rationum sedulo inquirat[a] de Augm VI, 1. Linguae legibus inventionis methodum regi posse negat, quae a rebus pendeat. Baro ergo aliam esse inveniendi methodum, aliam, quae inventa, dijudicata, memoriae tradita sunt, enarrandi demonstravit. Rhetoricam autem, quam multi e philologis propter se esse appetendam putarunt, ut Ramus et Nizolius, Ethicae subjecit (de Augm VI, 3). Sed in hac re Baro cum philologis consentit, philosophiam etiam vitae commodis servire debere.

Baro inter philologos prae ceteris Petrum Ramum cognovisse videtur. Hoc apparet ex loco Valer. Term., ubi Baro de duabus „directionibus" verba ferit, de qua re antea diximus (p. 67). Ibi haec addit: „This notion Aristotle had in light, though not in use. For the two commended rules by him set down, whereby the axioms of sciences are percepted to be made convertible and which the latter men have not without elegancy surnamed the one the rule of truth, because it preventeth deceit, the other the rule of prudence, because it freeth election, are the same thing in speculation and affirmation which we now observe" (Spedd III, 236). The latter men "quos Baro commemorat, sunt Ramus et Ramistae. Hi enim regulas illas Aristotelis: „κατὰ παντὸς, κατ' αὐτὸ, καθόλου" appellarunt regulas veritatis, justitiae, sapientiae. Quodsi Baro dicit, duas ex illis regulas veritatis et sapientiae easdem esse ac suas regulas „directionis certae et liberae" quibus formas describit, videtur concedere se illas regulas, ergo etiam formas a Ramo accepisse (Spedd III, 203ff). Haec explicatio affirmatur, si hunc locum ex scripto de Augm (VI, 2. Adv L, II. Spedd III, 403)

addimus: „Methodus vero veluti scientiarum architectura est. Atque hac in parte melius meruit Ramus, in optimis illis regulis (καθόλου πρῶτον, κατὰ παντός, καθ' αὐτό) renovandis, quam in unica sua Methodo et dichotomiis obtrudendis. Verumtamen nescio, quo fato fit, ut humanis rebus pretiosissimis semper adhibeantur perniciosissimi quique custodes. Certe conatus Rami circa illam propositionum limam, conjecit eum in epitomas illas et scientiarum vada.... Conatum nihilo serius Rami in hac parte utilem fuisse non infitiamur". Ramus has regulas appellat axiomata artium et ipse Logicam in artem inveniendi dividit et dijudicandi. Nomen „artis" etiam Baco ut Logicae nomen accepit eandemque divisionem in artem inveniendi et dijudicandi perfecit, quamquam his duabus partibus artem retinendi et tradendi addidit (in ceteris Baco cum Ramo consentire evitat (Thomw II, 738): „Ne vero cum contra Aristotelem sententiam fero, me cum rebelle ejus quodam Neoterico Petro Ramo conspirasse augurere. Nullum mihi commercium cum hoc ignorantiae latibulo, perniciosissima litterarum tinea, compendiorum patre, qui cum methodi suae et compendii vinculis res torqueat et premat, res quidem sequa fuit elabitur protinus et exilit, ipse vero aridas et desertissimas nugas stringit conf. de Augm. VI, 2. p. 151. — Sed de Philologis satis dictum esse videtur.

b.) de Theosophis et Platonicis.

Ad Theosophos et Platonicos quod attinet, infitiari non possumus, multos eorum Baconem cognovisse, prae ceteris Paracelsum, quem ducem Alchymistarum esse putasse videtur de Augm. IV, 2. p. 103. Thomw. Impetus philos. II, 739).

(Intueor quidem ab altera parte cohortem chymistarum, inter quos se ante alios jactat Paracelsus). Praeterea Baro Patricium Venetum (de augm. III, 4 p. 89), baptistam de Helmont, item Gilbertum (Nov. Org. I, 54. 64. 70), Marsilium Ficinum (hist. vitae et mortis IX, 10. 25. I, 95.) Agrippam (Impet. ph. II, 741) cognovit. Constat Theosophos subjectivam appetere scientiam; quae in nobis inveniuntur, rebus ascribere. Quare omnes, hominem esse mikrokosmum putaverunt; in eo omnia inveniri rerum principia. Cum autem internum inprimis hominem respicerent, rebus quoque inesse internas qualitates putaverunt. Superstitionem luxuriosissimam vulgasse eos constat. In memoriam revocemus Reuchlini Kabbalam, Agrippae magiam, Ficini de musica, figurarum signis, Astrologia superstitiosas opiniones. Huic philosophiae Baro valde adversatus est. Cognitionem naturae per cognitionem Dei et per Sympathiam rejecit: dicit exempli causa: (Imp. phil. II, 739) „Tu (Paracelse) divina naturalibus, sacris profana, fabulis haereses miscendo veritatem (sacrilege impostor) tum humanam tum religiosam polluisti" (740). „Cumque Paracelsica ista se obtulissent et ostentationum praeconiis et obscuritatis subterfugiis et religionis affinitatibus et alio furo commendata te (Severine) in hoc, non rerum fontes, sed spei hiatus jactu quodam indignationis dedisti. Iam ceteros chymistas sententiâ in Paracelsum latâ defixos cerno obstupescere". Eodem modo Sympathiae cognitionem rejicit et sententiam hominem esse mikrokosmum: de augm. IV, 2: „Neque propterea cum Paracelso et

Alchymistis ita desipimus, ut putemus, inveniri in corpore humano, quae singulis Universitatis Rerum speciebus respondeant, sicut illi fabulantur, leviter et crassa Minerva traducentes Emblema illud Veterum (quod homo esset Mikrokosmus sive Epitome totius Mundi) ad hoc commentum suum" (De Augm. III 5).
„Nam quantum ad naturalem Magiam credulas quasdam et superstitiosas traditiones et observationes de sympathiis et antipathiis rerum atque de occultis et specificis proprietatibus complectentem, cum frivolis ut plurimum experimentis, potius occultandi artificio et larva, quam re ipsa admirandis, non erraverit sane, qui eam dixerit a scientia, quam quaerimus, tantum distare quoad veritatem naturae, quantum Libri rerum gestarum Arthuri ex Britannia .... et hujusmodi heroum umbratilium, differunt a Caesaris commentariis quoad veritatem historicam".
(Nov. Org. II, 48. I, 66. 85. p. 304. De Augm. I, p. 19. Cog. et Vita Spedd. III, 592. Shown. 578.).
Apparet Baronem non aliter has sententias dijudicare potuisse, cum ipse rebus, non internae scientiae faveret. Nihilosecius id negare non possumus, optime Theosophos de scientia naturali meritos esse, quod experimentum primi commendaverint et prae ceteris Paracelsum, etsi temere et praepropere e singulis experimentis totius naturae processum cognoscere se putabant ut Paracelsus ex Alchymia. Baro non primus experimentum adhibuit, sed primus certam et totam naturam amplectens experimentandi methodum invenit. Hoc ipsum Baro concedere videtur, cum dicat: (Nov. Org. I, 73): Chymicorum industria nonnulla peperit sed tanquam fortuito et obiter aut per experimentorum

quandam variationem, non ex arte aut theoria aliquam ea, quam confinxerunt, experimenta magis perturbat quam juvat. Eorum etiam, qui in Magia versati sunt paura reperiuntur inventa; eaque levia et imposturae propiora." Experimentorum ipsum se invenisse negat, sed methodum experimentandi Chymicorum hoc loco vituperat. Eodem modo dicit (Nov. Org I, 85): „Neque tamen negandum est, Alchymistas non paura invenisse et inventis utilibus homines donasse". Sed de his philosophis satis.

c.) De Aristotelicis.

Aristotelici universalia in rebus esse concedunt et inductionem commendant. Causas finales esse in natura. Rationem sive formam in natura existentem inquirunt et organismum in natura prae ceteris respiciunt. Baronem Aristotelicos novisse certum est (Nov Org I, 63. de Augm I Thomas p. 99. III, 4. Parm. Teles. phil. Thomas p. 670. 672. 674). Baronem constat Aristoteli et Peripateticis adversatum esse. Prae ceteris illud negat, causam finalem in Physica esse adhibendam. Dixerat exempli causa Caesalpinus (usus sum editione: philosophicarum tractationum tomus unus in quo continentur: I. Philippi Uveniri contemplationes V. II.) Andreae Caesalpini Aretini Quaestionum peripat. libri V. III.) Bernardini Telesii Consentini de rerum natura juxta propria principia libri IX 1588.) (Quaestiones peripat. II, 1 p. 395): „Cum ~~etiam~~ enim divinum quoddam sit et appetibile, ex necessitate erit etiam id quod appetit: 1 Phys. text 81 nec tamen ob id ex se dicetur esse ipsum appetens; ablato enim appetibili simul et id quod appetit auferri est necesse; pendet enim ex eo et ideo est, quia finis est. Neque compositio adhuc erit ex appetibili scilicet et appetente, necesse enim esset

praeexistere id quod appetit, antequam esset; componuntur enim, quae sunt ... quod igitur ipsius coeli primo movetur, non compositum est ex substantia separata et orbe sed simplex corpus, hoc autem non est potentia sed actu, neque id, quod est, ex se habet sed ab altero scilicet fine. Ver etiam fit, ut substantia immaterialis mixreatur cum corpore; non enim per modum compositionis cum fine est id, quod a fine pendet. Sed id contingit in iis, quae efficiuntur. Ubique enim fit compositum, forma autem non efficitur neque materia. Nam utraque praeexistunt 7 Metaph. text 26. At hic solus finis praeexistit secundum rationem licet tempore simul sint. Hoc autem modo pendere a primo principio omnia, quae sunt aperuit Aristot. 12 Metaph. text 28; cum enim ostendisset necessitatem, quae est ipsius ultimi finis, et principium eo modo esse ut est necessitas, concludit: a tali ergo principio coelum et natura dependet." Ab ultimo fine ergo omnia pendere putat Caesalpinus. Sed ultimus finis a mundo dirimitur. Deus non in mundo ipse agit et operatur. Dicit enim Caesalpinus (Quaest. peripat. II, 1. 39 b: „finis enim immobilis existens movet" eodem modo (II. Quaest 4 p. 403) „quum primus motor immobilis existens tanquam appetibile quoddam moveat caelum, appetitus autem sequatur aut sensum aut intellectum, necesse est intellectum esse summum bonum, sensus enim non est rerum separatarum sed intelligentia solum: idcirco dictum est 12 Metaph. text 36 prima eadem esse appetibilia et intelligibilia et intellectionem principium esse appetentiae. Quoniam vero intellectus quidam speculativus dicitur, quidam activus, alius quoque factivus ... testatur

Arist. 10 Ethica 8 deorum operationem contemplativam tantum esse non autem activam neque factivam."
„Speculativus autem intellectus substantia existens per se non alterius gratia appetibilis, ea quae apta nata sunt appetere perfirit, non agendo quippiam, aut introducendo in materia aliquid, hoc enim laboriosum esset sed per sui praesentiam edurendo ex potentia materiae formam, ad quam apta nata est." Apparet igitur materiam non a Deo creatam esse, sed cum eo coexistentem ab illo ut fine pendere; Deum sic a mundo esse divisum, ut in illo agere non possit. Contra tales explicationes Baro verba facit (de Augm. III. 4. 9 Thomae): „Atque magis in hac parte accusandus Aristoteles quam Baro, quandoquidem fontem causarum finalium Deum scilicet omiserit et Naturam pro Deo substituerit causasque ipsas finales potius ut Logicae amator quam Theologiae amplexus sit. ... Scilicet Aristoteli, postquam naturam finalibus causis impregnasset naturamque nil frustra facere suique voti semper esse compotem et hujusmodi multa eo spectantia posuisset, amplius Deo non fuit opus!" Quae sententiae eo clariores fiunt, si cogitamus in Peripateticos modernos eum invertum esse, qui Deum a natura plene prohibebant. Quia Baro finem rejicit, etiam de organismis aliam pronuntiat sententiam quam Aristotelici. Organismus enim formis mutat, quas non cum ratione ipsa conjungit, ut Aristotelici, qui intellectum et formam et finem idem esse putabant (Caes. alp. Quaest. II, 6), sed a fine dirimit (Nov. Org. II, 2).
„Etiam non male constituuntur causae quatuor, materia, forma, efficiens, finis. At ex his causa finalis tantum abest, ut prosit, ut etiam scientias

corrumpat nisi in hominis actionibus." Non aliter Baro Aristotelicis objicit, quod materiam fixam esse putaverint et passivam, quae moveri debeat formâ. Vult autem materiam se ipsam movere, formam ei inesse immanentem; materiam pluris aestimat quam formam, Aristotelici formam materiae praeferunt. Dicit exempli causa Caesalp. (Quaest II, 7. p. 389): „Materia enim secundum se non est substantia". Concedimus, quod materiae actum ascribit (Quaest IV, 7. p. 489): „Ex his igitur colligimus, quamcunque materiam seu primam seu postremam indeterminationem habere et potentiam ad substantiam aut reliqua praedicamenta ... se dante illam indeterminationem actum quendam habere, secundum quem praedicatio recta de ipsa fiat, ideo substantiam esse et hoc aliquid." „Necesse est igitur materiam continuum quid esse et magnitudinem" (p. 490). „Item ostensum est, alibi corpus supremum quoddam genus esse ipsius substantiae, suprema autem genera non componuntur ex aliis. Corpus autem formam esse impossibile est ... Materia igitur erit." Sed talia ea tantum de causa dicit quia materiam in formam transire negat. „Nam non esset compositio ex materia et forma sed transitio materiae in formam". Sed materiam a forma pendere, nusquam a Caesalp. negatur (p. 491): „Dispositiones enim materiae propter finem et substantiam sunt, separata autem a substantia non amplius habent rationem substantiae, non igitur est mirum fugere ipsam substantiam, cum resolvimus in ultimas conditiones materiae, ut notavit Aristoteles, in quem errorem incidebant antiqui, putantes ipsum ens et substantiam esse materiam; ideoque corporum principia putaverunt esse omnium principia.

At magis substantia est ipsa forma, hujus enim gratia materia est." „Primam ergo materiam ab illo actu pendere concedimus, qui primus est, ab indivisibili scilicet divisibile et ab uno multitudo." Apparet ergo Caesalpinum ea de causa, actu existere primam materiam velle, quia, ut formam accipiat, habere debet accipiendi potentiam et ut potentiam actum (IV, 7. p. 489). Sed actum eâ solâ causâ habet, ut formam accipiat; forma enim finis est materiae (II, 1. p. 396). Contra Baro sic dicit (de Parm. Teles demonstr. phil. p. 673): „Sed in eo lapsus videtur (Telesius), quod molem materiae certam et definitam agnoscit, ad virtutem, qua se numeris suis tueatur, caecutit eamque profundissimis Peripateticorum tenebris immersus accessorii loco ducit, cum sit maxime principalis, corpus suum vibrans, aliud submovens solida et adamantina in se ipso atque unde decreta et possibilis et impossibilis emanant autoritate inviolabili." Quanti autem formam aestimaverint Aristotelici, apparet e Metaphysica. Exempli causa Caesalp. haec profert (I, 3 p. 370): „Sapientiam autem esse primam philosophiam testatur Arist. (Ethic. 7.); exactissimam enim scientiarum esse nec solum circa principia versari sed et circa ea, quae ex principiis colliguntur; idcirco compositionem esse intellectus et scientiae, rerum tamen praestantissimarum." „Primo igitur philosopho relinquuntur ea, quae nullam habent materiam, haec autem definiri non posse ostensum est (p. 372)." „Omnium autem perfectissimus est (modus sciendi), quo ipsum quid est simplicissimum apprehendimus, primum omnium scientiarum initium." Quae cum dicant Aristotelici, Baro Aristoteli semper objicit, quod „naturalem suam philosophiam Logicae suae prorsus mancipaverit, ut eam fere inutilem et contentiosam reddiderit." Eodem modo syllogismum rejicit.

Vituperat Aristotelem, „quod mundum e categoriis effecerit, philosophiam naturalem dialectica corruperit, quod physica nil aliud quam dialecticae voces plerumque sonet, quod experientiam ad constituenda decreta et axiomata non rite consulerit, sed postquam pro arbitrio decrevisset experientiam ad sua placita tortam circumdurat et captivam" (Novorg. I, 63. Imp. phil. thomae III, 738.). Non aliter Peripateticos objurgat: quod ex more est et ipsis Peripateticis, qui ad experimenta contuenda instar nocturnarum sunt (Caesalp. Quaest. I, 1.: „Sensibilia enim confusa quaedam sunt et indistincta: quae omnia simul indistincte veniunt in sensum, intellectus autem singula seorsum contemplans distincte cognoscit". Baronem sensibus ipsis acquisi distinctionem cognitionem per experimenta vidimus) neque id tam ob facultatis imbecillitatem sed ob cataractas opinionum et contemplationis plenae et fixae impatientiam". (Parm. Tel. Dem. phil. thomae p. 674). Sed talia quamquam iis objicit, tamen leges universales esse reales putat, id quod a nemine scit quam ab Aristotele et Peripateticis. Nam etsi haec scientiam revelationi ascribit, tamen eam ex revelatione non arrepit. Caesalp. autem exempli causa sic dicit (I, 1. p. 363): „... unitatem prius cognoscimus quam multitudinem: unum enim mensura est multitudinis, ipsa autem mensura in unoquoque genere notissima est. Cum igitur et totam et confusam unitatem significet, quae multitudinem seu distinctionem et partes continet, prius illa quam haec cognoscere debemus... confusa... est singularium cognitio, universalium autem distincta". Haec ultima Baro quamquam rejecit, tamen illud arrepit unum mensuram esse multitudinis, „universalia omnibus convenire". (Caesalp. p. 363 universalium enim ea prius mente concipimus, quae omnibus conveniunt, quam quae quibusdam utens et unum (prius quam corpus aut animal). Sed satis de his.

d. De Telesio.

Baro Telesium maximi aestimavit: dicit (Parm. Teles. Dem. phil. Schoen. 673) „de Telesio autem bene sentimus atque eum ut amantem veritatis et scientiis utilem et nonnullorum plaritorum emendatorem et novorum hominum primum agnoscimus" (Sylva Sylvar. Cent. I, 69) „Sensit idem Telesius, qui Parmenidis philosophiam reduxit interque novitios prae omnibus commendatur." Telesius Philosophiae Physicam ascribit. Omnia moveri odio diversorum, amore aequalium, quia omnia in conservandi sui custodia posita sint, per quam cognata amentur, contraria repellantur. Dicit ipse (de rer. nat. ser. prop. principia IX, 2. 923 p.): „Itaque bonum cujus consequendi gratia affiritur commoveturque, spiritus ipsius conservationem esse ambigi non potest. Nec vero spiritus modo sed ens praeterea quodvis non aliud consequi appetereve potest bonum nisi ut in propria sequatur natura, quale omnino est, tale perpetuo ut permaneat, nec malum ullum pati nisi ut corrumpatur." Scimus Baronem in hac re Telesium superasse, nam „bonum communionis" praefert „bono suitatis". Sed in eo Baro cum Telesio consentit, sensus Philosophiae naturalis esse basin. Dicit enim Telesius sic: (de rer. nat. VIII. 1. p. 875): „Res porro omnes propterea percipiens spiritus, quod ipse ab omnibus patitur commoveturque, earum itidem similitudinem percipit et dissimilitudinem. Quae scilicet in ipsum agunt et a quibus idem ipse patitur, ut unum ea omnia, atque ut idem percipiat statuitque, at diversa, quae diversa agunt et a quibus patitur diversa... Et ubi itaque quotvis intuetur homines vel bene in multis inter se eos differentes, omnes tamen ut unum hominem sentit unumque esse statuit, in eo scilicet inter se congruentes convenientesque." Non aliter Baro dicit (de Augm. II, 1): „Etsi etiam (Hist. nat.) circa species versari videatur, tamen hoc fit ob promiscuam rerum naturalium sub una specie similitudinem, ut si unam noris omnia noris."

Uterque putat species immediate percipi. Baronem vidimus Mathematicam Physicae subjicere. Non aliter Telesius (de rer. nat VIII, 5. p. 881): „Itaque aequalitas, quam extrinsecus angulus duobus intrinsecis sortitus est, linearumque a centro ad circumferentiam exitus, quod tres trianguli duobus rectis lineaeque sibi ipsis aequales sint, non causa sed signum atque indicium sunt; at quod calor aquas evaporandi et aquae a calore in vapores agi aptae sint non a signo quopiam habemus sed a propria caloris aquarumque natura jam diu sensu percepta cognitaque, a simili igitur magis propria; magisque a propria causa propriaque rei natura et substantia, naturales (causae) quam mathematicae". Sed quamquam in eo ambo consentiunt, in sensibus omnem positam esse scientiam, tamen Baro id non concedit intellectum ipsum sensuum esse functionem. Telesius autem haec pronuntiat: (de rer. nat. VIII, 3 p. 879): „Ratio omnino omnis quae quid ponit ex eorum id ponit similitudine, quae sensu percepta sunt, et quae quid rejicit, propterea id rejicit, quod iis, quae sensu percepta sunt, adversum id est contrariumque nec alio modo ratione ulla intelligere licet quid aut ratio ulla confici nobis potest". „Quae sensu percipimus aut percipi possunt, nihil ea ulterius ratione intelligere curamus dignamurve, ut quae scilicet multo, quam ratione ulla intelligi queant, proximius percepta sint praestantiusque". Haec ultima Baro non concedit. Sed quantum sensibus Baro tribuat, supra vidimus. Atque in hac re Telesium secutus est, qui et ipse dicit: similitudinem eorum, quae sensus percipiat, nihil nos decipere posse (eodem modo Telesius erroris causam a sensibus transfert ad res. „decipitur interdum spiritus, quod quae rebus insunt, non unis omnia insunt et quae insunt, non perpetuo neque omnibus ejusdem generis insunt (p. 882. L. VIII. 6).).

Baronem commemoravimus concedere sensuum fallacias, sed sensibus sensus juvari posse putat, cum experimenta omnia patefactura esse speret, quae sensuum sunt auxilium. Haec sententia, Baronem Telesium servatum esse ea re comprobatur, quod Baro Telesium novorum hominum primum esse dicit — hoc enim intelligi non posset, nisi in hoc fundamento cum illo consentiret — et quod uterque animam rationalem et irrationalem discernit et irrationalem materialem esse, rationalem a Deo inditam esse putat. Illa enim profert Telesius: (V, 2. p. 739) „haec et alia non penitus stupido penitusque ferino homini, seorsum a reliquis animalibus substantiam homini inesse penitus divinam et ab ipso demissam Deo, declarare possunt." (V. 3 p. 740) „At substantia a Deo immissa quod (ut subsistat) nulla prorsus materia opus habet, nilque prorsus a materia pendet et naturarum corpori praeinexistentium nulli prorsus contraria sed longe ab omnibus diversissima cum sit, proindeque nullo ab illis malo affici cum possit, nil illae amoliendae ipsi sunt et corrupto corpore nil ipsa corrumpitur." Irrationalem autem animam, quae et ipsa homini insit (V, 3) sic describit: „Itaque animal non unum ens sed e plurimis longeque a se ipsis dissidentibus rebus veluti vinculis quibusdam sibi ipsis colligatis compositum est: ner ex manifestis modo, sed e spiritu itidem, qui quod nervoso inexistit generi et summa donatus est tenuitate, nusquam conspicuus est." Eodem modo dicit (V, 5 p. 743) „quoniam igitur ner sensoriis ner visceribus ner ipsi etiam nervoso generi, ut propria ipsorum natura sentiens anima indipotest eaeque modo animalis partes sentiendi facultate donatae videntur, quibus quaepiam inest nervosi generis portio et in ipsius universitate

